aũt bonꝰ ſolus honorãdus: tam boni autẽ ꝙ̃ mali te
nentur honorare ſuperiores ſuos. Septimo ſi ſic ſeq̃
retur ꝙ rex deberet magis velle honorare ꝙ̃ honora
ri ſed hoc ẽ falſũ quia tũc ſubuerteret̃ ordo reipubli-
ce. ¶ Ad primã reſpõdeo negãdo maiorem ſi itelligat̃
vniuerſalit̃ ſed bene verũ eſt ꝙ illud vel eſt melius vł̃
originem habet ex aliquo meliori bono. Ita eſt auteꝫ
ꝙ licet honorare ſit melior actus ꝙ̃ honorari ad ſen-
ſum vltime cõcluſionis tamẽ ĩ eo q̃ honoratur eſt ali-
quid excellẽtius ꝙ̃ ĩ eo qui tenet̃ honorare. patet eti-
am inſtãtia contra maiorem nã ſeruũ diligi a rege ẽ
melius ſeruo ꝙ̃ regem diligi a ſeruo ſit bonum rei p.
Aliter ſoluit Buridanꝰ ꝙ maior ẽ vera de his q̃ ma-
ioribꝰ ⁊ minoribꝰ intriſece inſunt ſed nõ de his q̃ ma
ioribꝰ extriſece ſũt extriſeca denolatiõe. ¶ Ad ſcḋam
dico ꝙ aliqḋ dicit̃ appetibiliꝰ ⁊ delectabiliꝰ dupliciter
vnomodo ex ꝓpria bonitate ⁊ ſic cõcedo maiorẽ cete-
ris paribꝰ. alio modo ex aliqua cauſa añcedente vel
effectu ꝯñte. ⁊ ſic ego nego. Et ad minorẽ dico ꝙ ho-
norari virtuoſũ nõ eſt ex ſe deſiderabiliꝰ nec delecta
bilius ꝙ̃ honorare virtuoſum ſed tãtũ ex ꝯditione ⁊
qualitate ꝑſonaꝝ quã honorari ⁊ honorare ꝯſequũ-
tur ſcꝫ ex eo quod eſt eẽ dignũ honorari vel etiã ex ef
fectu ꝯſequẽte ſicut cum dixit Ari. ꝙ honor eſt delecta
biliſſimoꝝ ſubdit cauſã qꝛ ꝑ hoc fit fantaſia ꝙ ille eſt
ſtudioſus. Aliter dicit̃ ꝙ honor inter bona exteriora
eſt delectabiliſſimoꝝ ſed nõ ſimpliciter qꝛ opa virtu-
tũ ſũt delectabiliora ſed hoc nõ ſufficit qꝛ nõ compa-
ro honorẽ ad honorare ſed honorari ṽtuoſũ ad ho-
norare virtuoſũ. ¶ Ad tertiã dico ꝙ magnanimꝰ ca-
tholicꝰ nõ magis deſiderat honorari ꝙ̃ honorare lo
quendo ſemꝑ de honorari ⁊ honorare ad ſenſum ter-

ad rõnes buridani A

Duplicit̃ cõparat̃ honorãs hõrato. D

Rõnes buridani vbi ſupra q̃ſt. nona.

Solutio buridani. B

tie ꝯcluſiōis ⁊ de honorari ab hiis a quibus debet ⁊
honorare eos quos debet/ſed dico ꝙ magis deſide-
rat bñficiare q̄ bñficiari ⁊ hoc ꝯcludūt ꝓbatiões ⁊ ni
chil aliud vt pȝ intuēti nec verecūdatur bñficiari quia
recuſat honorare ſed quia magis appetit bñficiare
q̄ bñficiari ideo magis appetit honorari q̄ honora
O re. ¶ Ad quartā rñderet catholicus ꝙ honor nō ē pre
miū virtutis/ſed beatitudo eterna aut aliud bonum
honore maius puta gratia que dicit̄ ꝑmiū ſaltem de
ꝯgruo ⁊ ſi honor ſit premiū virtutis nō eſt niſi premi
um accidētale ⁊ nō eſſētiale nō oportet autē tale pre-
miū eſſe melius virtute nō catholicus autē diceret ꝙ
maior veritatem habet de premio cōdigno ⁊ ſufficiē
te ſed nō de inſufficiēte. Et ad minorē diceret ꝙ honor
nō eſt premiū virtute cōdignū ſicut ex ꝓſſe hat et Ari.
⁊ frequent̄ ſuperius eſt allegatū. Virtuti perfecte in-
quit non fiet condign⁹ honor. ¶ Ad quintā cōceditur
maior ceteris paribus ⁊ negat̄ minor de honorare ⁊
honorari virtuoſis ⁊ laudabilibus nullū enim opus
virtuoſū ē ſeruile ſed bene verū eſt ꝙ honorari debet̄
alicui ex nobiliori ⁊ liberiore cōditione q̄ honorare.
Et propter hoc recte honorari dicitur liberius ⁊ ho-
norare ſeruilius q̄ȝ vnū oritur ex beneficiare quod eſt
nobilius ⁊ aliud ex beneficiari quod eſt ſeruili⁹. ¶ Ad
ſextā nego maiorē vniuerſaliter ſed bene eſt veruȝ de
illo quod ponit nobiliorem ⁊ excellētiorem cōditionē
in eo cui cōuenit q̄ aliud. Et iſte oēs rōnes ſūt ꝓ p̄ma
cōcluſione ꝓ maiori parte. ¶ Ad vltimam dico ꝙ du
plex poteſt eſſe i rege actus honorādi vnus conueniēs
maieſtati regie alius diſcōueniēs de ſcdo dico ꝙ illō
nō eſt virtuoſum ideo de illo nō eſt cōcluſio de primo
dico ꝙ actus honorādi cōueniēs regi poteſt eſſe lau-
dabilior q̄ ipſa honoris ſuſceptio. ⁊ hoc ſi cōparātur
actio ⁊ paſſio ꝑ ſe inter ſe ſcdm intellectū vltime cō-
cluſionis per talem aūt honorationē nō ꝑuertitur or
do rei publice ſed magis ſtabilitur ⁊ augetur. Et hec
de queſtione.

Oſt hec inquirendū eſt de non
nullis virtutibus que ab aliquib⁹ dicunt̄
pertinere ad magnanimitatē vel fortitude
nem tanq̄ ꝑtes verū hoc verum ſit de omibus aut de
nullis aut de quibuſdam quidem ſic aut de quibuſ-
dam non? Et primo queritur de fiducia verum ſit ſpe
cies magnanimitatis? ¶ Arguitur ꝙ non. Omis ma
gnanimitas eſt magnorum operatiua ſed fiducia ſe-
cundum ꝙ eſt diſtincta ab aliis partibus fortitudi-
nis non eſt magnorum operatiua cum hoc pertineat
ad magnificentiam. ergo fiducia non eſt ſpecies ma-
gnanimitatis. ¶ In oppoſitum ſunt Tullius Macro
bius et andronicus vt ſupra patuit. ¶ Notandum eſt
Fiducia quid ſit. ꝙ vt ſupra patuit fiducia non eſt aliud q̄ ſpes bene ſe
habendi circa ardua et difficilia huiuſmodi autem
ſpes importat duos actus vnum voluntatis qui eſt
P velle ſiue deſiderare operationem arduorum et diffi
cilium Alium rationis qui eſt eſtimatio firma et cer-
ta ꝙ talia ardua ⁊ difficilia ſufficiemus agere/ pri-
mus actus eſt principaliter ſignificatus per fiduciam
ideo fiducia ſicut et ſpes eſt voluntatis habitus et nō
rationis. ſecundus eſt connotatus per fiduciaȝ ⁊ ideo
ſecundus actus non eſt fiducia ſed eſt actus ſine quo
actus voluntatis non eſt fiducia ita ꝙ ſi quis deſide-
raret magna adminiſtrare et non eſtimaret certitu-
dinaliter ſe poſſe bene ⁊ cōmode ea adminiſtrare tūc
talis non haberet fiduciā. Dixi aūt ꝙ talis eſtimatio
debet eſſe firma q̄ȝ ſi eēt tenuis ⁊ īfirma non ſufficeret
ad fiduciā. Dixi aūt certa quia ſi eſſet firma et incerta
pot⁹ cauſaret temeritatē q̄ fiduciā ille eñ eſt temera
rius pot⁹ q̄ fidēs qui q̄ȝ falſe eſtimat ſe poſſe ſuffice-
re magnis reb⁹ tractandis eas adminiſtrare deſide-
rat. Ex quibus patȝ ꝙ fiducia eſt ꝑ quem quis opinat
magna ⁊ difficilia gerere que ſe bene ⁊ laudabiliter
geſturum firmiter ⁊ certe exiſtimat: ⁊ nō puto ꝙ Tul diffinitio
lius aliud voluerit intelligere cū diffiniens fiduciam tullii.
ait. Fiducia eſt ꝑ quā magnis ⁊ multū honeſtis reb⁹
multū ipſe animus in ſe fiducie certa cū ſpe collocauit
vbi ī proprietas quedā diffiniēdi eſt in hoc ꝙ fiduciaȝ
ꝑ fiduciā diffinuit ⁊ etiā ꝑ ſpem certā q̄ eade fiducie ē tho. 2. 2.
Nā ſm thomā fiducia eſt quoddā robur ſpei ꝓueniēs q̄ſt. 129.
ex aliqua cōſideratiōe q̄ facit vehementē opinionē de artic. 6.
bono aſſequēdo. Ex quib⁹ v̄bis patȝ ꝙ fiducia includit
illa duo q̄ dixim⁹ p̄ſentiū ꝙ fiducia nō eſt aliud q̄ cer- Excuſatiō
ta ſpes cū ſit robur ſpei. Sed parcendū eſt Ciceroni. tullii.
Tū q̄ȝ magis in diffinitiōib⁹ vādis ornatū oratoriū
q̄ rigorē artis diffinitiue obſeruare voluit. Tū quia
cū fecit libros illos rethoricorū erat iuuenis vt teſtat̄
in libro de oratore vbi nō multū ꝓbat hmōi rhetori- Acceptio
coꝝ libros ⁊ hoc idē de eo teſtat̄ Quintilian⁹. ¶ Notā nes fidu-
dū ſcdo ꝙ fiducia accipit̄ dupliciter. Uno mō ꝓ oi ſpe cie.
certa bñ ſe habēdi circa difficilia. ⁊ hoc mō fiducia in
oi v̄tute reperiri pōt. Alio mō accipit̄ fiducia ꝓ ſpe
certa bñ ſe habēdi circa difficiliū ⁊ arduarū rerū ad
miniſtratiōes: ⁊ iſta videt̄ eſſe ꝯtenta ſub priore ſicut
inferius ſub ſuperiore. ¶ Prima ꝯcluſio: fiducia primo
mō dicta nō eſt ſpecies magnanimitatis. patȝ q̄ȝ reperit̄
in oi v̄tute pōt eñ aliquis certo ſpare ⁊ fidere ſe bene
geſturū ea q̄ ꝑtinēt ad iuſticiā aut ſe ꝯtinēter victurū/
aut ſe euaſurū in doctū theologū/ aut ſe vota alicui⁹
religiōis obſeruaturū. ¶ Scda ꝯcluſio fiducia ſecūdo Nota.
mō dicta eſt ſpecies magnanimitatiſ. ꝓbat̄ fiducia hmōi
ꝑ ſe ad aliquā v̄tutē ꝑtinet ſub qua eſſentialit̄ ⁊ tanq̄
inferi⁹ ſub ſuperiore ꝯtinet̄: ſed nulla eſt ad quā hoc mō
ꝑtineat niſi magnanimitas igr̄. minor eſt certa q̄ȝ reſtri
cta eſt ſignificatio ei⁹ ad materiā magnanimitatis, vt pȝ
intuēti. ⁊ maior ꝓbat̄ q̄ȝ act⁹ fiducie eſt act⁹ ꝑ ſe v̄tuo
ſus/ q̄ habit⁹ eſt ꝑ ſe v̄tus. Aut q̄ fiducia ſignificat ha
bitus plurimaꝝ v̄tutū ſicut fiducia primo mō dicta
⁊ hoc nō eſt reſtricta ſit ad materiā magnanimitatis: aut
ſignificat habitū tm̄ ad vnā v̄tutē ſcȝ ad magnanimita-
tē ꝑtinētes ⁊ tūc habet̄ itentū. ¶ Tertia ꝯcluſio act⁹
fiducie primo mō dicte poſſunt elici ab habitu mag-
nanimitatis mediate vel imediate. patȝ ꝑ illud qđ ſupra
declaratū eſt ꝙ ad magnanimitatē ꝑtinet quicqd in vna
quaq; v̄tute magnū/ ⁊ ibi require declarationē hui⁹. Tho. vbi
¶ Quarta ꝯcluſio ꝓter fiduciā nō eſt ponenda ſecuri- ſupra ar.
tas tanq̄ aliquid ad magnanimitatē pertinēs. ꝓbat̄ 7.
ſecuritas nō eſt aliud ſcdm Thomā ꝯ quē ponit̄ iſta Q
ꝯcluſio quā ꝑfecta quies animi a tīore ſed habita fi-
ducia habet̄ ꝑfecta quies a tīore q̄ ꝓter fiduciā nō exi
git ſecuritas. mior ꝓbat̄ q̄ȝ ſi nō habet̄ ꝑfecta quies
a timore habet̄ adhuc timor ꝑturbās. ſi habet̄ timor
ꝑturbās ſiue inquietās nō habet̄ certa ſpes q̄ȝ certa
ſpes aufert timorē iquietatē ⁊ ꝑturbante. ſi v̄o habet̄
certa ſpes nō habet̄ fiducia vt ex diffinitiōe fiducie ⁊
ex ſupradictis patȝ q̄ ſi nō habet̄ ꝑfecta quies a timo-
re nō habet̄ fiducia ⁊ ꝑ ꝯñs ex oppoſito ꝯñtis ſi ha-
betur fiducia habet̄ ꝑfecta quies a timore ⁊ per ꝯñs ꝯtra tho.
habet̄ ſecuritas. Scdo ſcdm eundē Thomā qui hȝ fi-
duciā hȝ quoddā robur ſpei cū vehemēti opinione de
bono cōſequēdo hec eñ v̄ba ei⁹ ſunt. ⁊ ideo inquit q̄ȝ
fiducia iportat quoddā robur ſpei ꝓueniēs ex aliqua
cōſideratione qui facit vehementē opinionē de bono
aſſequēdo inde eſt ꝙ fiducia ad magnanimitatē ꝑtinet.
Sed qui hȝ robur ſpei cū vehemēti opiniōe de bono
aſſequēdo hȝ ſecuritatē de aſſecutione illius boni q̄ȝ
tūc ceſſat timor igr̄. Tertio oē v̄tuoſū ꝑ ſe expulſiuū
deſperatiōis eſt ſecuritas: ſȝ fiducia vt certitudo ſpei
eſt aliquid virtuoſum per ſe expulſiuūȝ deſperatiōis

quia implicat ꝙ quis ſimul ſperet vł fidat et deſpe
ret igitur dixi autẽ in maiore ꝟtuoſũ q̄a audacia ⁊
temeritas expellũt deſperationẽ. ſed ipa nõ ſũt vir
tuoſa. Eadẽ aũt maioꝛ ꝓbatur p Thomã dicentẽ ꝙ
ſecuritas ex ꝯſti ptinet ad magnanimitatẽ inqtũ
expellit deſperationẽ ſecuritas ẽ expellit deſpatio
nẽ ẽ qðlʒ ꝟtuoſũ qð expellit eã ẽ ſecuritas ſʒ iſtabis
qꝛ opinio ꝓbabilis expellit deſpationẽ, et tñ ꝯſtat
ꝙ ipa nõ ẽ ſecuritas. Rñſũ q̄re. Quarto ois ps ma
gnanimitatis eſt fiducia, magnificentia, pacientia,
vel pſeuerantia: ſed ſecuritas nec eſt pſeuerãtia nec
pacientia nec magnificentia ẽ ſecuritas eſt fiducia
maioꝛ eſt nota ex diuiſione Tullii quã etiã recipit
beatus Thomas ⁊ ſm quã ꝓſequitur de ptib⁹ ma
gnanimitatꝭ. ſeđ ſecuritas nec magnificẽtia eſt nec
pacientia nec pſeuerantia ẽ ſecuritas eſt eadẽ fidu-
cie. Quinto nam idem doctoꝛ vbi agit de partib⁹
Tho. 2. 2 q̄ſti. 128. arti. vni-co. foꝛtitudinis dicit ꝙ ſecuritatẽ quã põit Macrobi⁹
cõpꝛehendit Tullius ſub fiducia: ſed Macrobius p
magis ſpecialis diſtixit, ergo fiducia ẽ ſupꝰ ad ſe
curitatẽ ergo nõ ſunt diſtinguenda ſecuritas ꝯ fidu
ciam. Sexto ſecuritas aut dicit actũ intellecꝰ aut
volũtatis. ſi volũtatis tunc vel eſt volitio ſimplex
rerũ arduarũ adminiſtrandarũ, aut eſt volitio im
peratiua executionis: ſi ſcðm ipſa non eſt diſticta
a magnificentia, ſi pꝛimũ tũc cũ conotet ex parte i-
tellectus certitudinẽ quãdã de adminiſtratione be
ne gerenda tunc eſt eadẽ ſpei. ſi aũt ſit actus intelle
ctus tũc nõ videtur eſſe niſi certitudo de huiuſmodi
adminiſtratiõe gerenda ⁊ hoc eſt quod dicebamus
eẽ conotatũ p fiduciam. Si aũt dicas ꝙ dicit excel-
lentioꝛẽ gradũ certitudinis aut igitur impoꝛ-
tat gradus certitudinis ſcðm ſpẽm differentes aut
non: nõ pmũ qꝛ nõ videtur rõe cuius poſſet aſſigna
ri hmõi drña ſpecifica certitudinũ. ſi ſcðm ergo nõ
B differũt ſpẽ. ¶ Quinta cõcluſio ſufficientia quã im
poꝛtat fiducia nec diuinũ nec humanũ ſecludit au-
xiliũ probatur pmũ qꝛ actus ſecluderet diuinũ au-
xiliũ nõ eſſet fiducia ſed temeritas. tũ qꝛ nullus põt
eſſe actus magnanimitatis meritoꝛius ſine gracia
tũ qꝛ ſcðm Aug. nullus põt eſſe actus bonus moꝛa
liter ſine ſpãli adiutoꝛio dei vt loco ſuo oſtẽdetur
Scðo ꝓbatur p illud ſcðo ad coꝛin. iii. Fiduciã aũt
habemu⁹ p ieſũ xpm ad deũ non ꝙ ſim⁹ ſufficiẽtes
cogitare aliq̄d a nobis quaſi ex nobis: ſed omnis
ſufficientia noſtra ex deo eſt. Ad cuius pꝛobationẽ
adducende eſſent oẽs auctoꝛitates Auguſtini. Am-
bꝛo. Caſſiani et alioꝝ ſacroꝝ auctoꝝ quibus di
cunt nos nec tentationes ſuperare poſſe nec bonis
actibus incumbere niſi deo ſpecialiter adiuuante.
ſed quia eſt alius locus ideo nunc taceo. ſcða pars
ꝓbatur ſufficientia audacie ⁊ ſpei non excludit hu-
manũ auxiliũ ergo nec ſufficientia fiducie. ꝯña vide
tur manifeſta ⁊ maxime de audacia honeſta ⁊ lau
dabili de qua Ariſ. agit ſcðo rethoꝛice: ⁊ ãtecedens
ꝓbatur p eundẽ ibidẽ dicentẽ ꝙ quis ad audaciã
mouet ppt multitudinẽ amicoꝝ potẽtiũ ⁊ pecunia
rum, ⁊ ſi inq̄ exiſtere ipſis pu puta plura ⁊ maioꝛa
S Cõtra albertum. ra qb⁹ excedẽtes time: di ſũt. hec aũt ſũt multitudo
pecuniaꝝ ⁊ robur coꝛpoꝛis ⁊ amicoꝝ. ¶ Sexta con
cluſio fiducia ſiue fidencia nõ ſic ſpecialiter reſpicit
finem intentũ ꝙ ppt bonũ finis det foꝛtiꝟł magna
nimo ſecuritatẽ audẽdi in aggrediẽdo difficilia ẽ
ꝯcluſio poſita eſt cõtra Albertũ qui p hoc diſtiguit
fidẽtiã a magnanitate, fidentia enĩ ẽ q̃ dicta ẽ, ma-
gnificentia reſpicit magnitudinẽ difficilꝭ ⁊ ardui di
cit autem ꝙ fiducia ⁊ ſecuritas ſũt partes fidentie
ꝯfidentia aũt eadẽ fidentie eſt niſi ꝙ noiat eã vt di
cit aggregatum ex fiducia et ſecuritate et addit ꝙ
fiducia dicit pſũptionẽ ꝑueniẽdi ad finẽ, et ſecuritas
addit certitudinẽ ſpei ex ꝯſciẽtia habitꝰ boni in aĩa;
fidentia vero ſiue ꝯfidẽtia dicit vtrũq;. hec opinio mul
ta dicit quarũ quedã ſunt volũtaria q̄dã dubia ⁊ q̄dã
falſa. volũtaria ſũt q̄ ponit circa diſtictionẽ iſtoꝝ ter
minoꝝ ũ. fiducia ⁊ fidentia maxime cũ apud nullũ au-
ctoꝛem videant̃ diſtictas habere ſignificatiões: ⁊ pre
terea videt̃ ponere idẽptitatẽ ſignificatiõis inter fidẽ
tiam et cõfidẽtiã et tamẽ aliquã differẽtiã expmit ni-
ſi qꝛ cõfidẽtia nominat eã vt dicit aggregatũ ex vtro Differentia albertiter ꝯfidẽtiã ⁊ fiduciam.
ꝙ qð nõ minus tñ facit fidentia ꝙ ꝯfidentia, nec hoc
tamen ꝯuenit cũ his q̃ dicũt ꝙ ꝯfidẽtia in malũ ſo-
nat: fiducia vero ſemꝑ in bonũ qꝛ tamẽ credimus ſm
auctoꝛes antiquos nõ eſſe int̃ fiduciã ⁊ fidentiã diſtin
guendũ ideo diximꝰ fiduciã et actũ volũtatis ⁊ actum
rationis icludere. Dubia ſunt q̃ dicit ꝙ certitudo ſpei
ex ꝯſcientia boni habitꝰ in aĩa generat̃, dubiũ eſt enĩ
de quo bono habitu itelligat̃ an de vno aut de mul-
tis ſi de vno ſolo habitu itelligat puta de habitu ma
gnanimitatis fĩm eſt. nõ enĩ aliq̄s p ſolum habitũ ma-
gnanimitatis reddit̃ potẽs adminiſtrare res arduas
ergo nec ex illiꝰ ſolius habitꝰ ꝯſcientia generat̃ fidu-
cia. Scðo qꝛ magnanimitas generat̃ ex actib⁹ ma-
gnanimitatis ⁊ foꝛtitudo ex actib⁹ foꝛtitudinis: illi
autẽ pꝛimi actus non fiebãt ſine actibus fidẽtie qꝛ ſi
foꝛtitudo habitus nõ eſt ſine fidentia habitu ita nec
actus foꝛtitudinis ſine actu fidentie. ſed conſtat ꝙ ta
les actus fidentie precedẽtes generationẽ foꝛtitudis
habitus non habebãt certitudinẽ cãtã ex ꝯſciẽtia bo
ni habitus foꝛtitudinis i aĩa qꝛ talis habitus nũdũ
erat genitꝰ igit̃. Si autẽ p habitũ bonũ itelligat mul
C titudinẽ bonoꝝ habituũ hoc adhuc nõ videt̃ verum.
nã aliq̄s ex libertate volũtatis ⁊ virib⁹ naturalib⁹ et
ſtudioſa diligentia gerere põt ⁊ adminiſtrare oĩa que
põt mediãtibus habitꝰ naturalib⁹, alias neceſſe eſſet
ꝙ habitus precederet actũ qð fĩm ẽ. Tũ ſcðo qꝛ licet
ſcðm Ariſ. magnimitas nõ ſit ſine aliis ꝟtutib⁹ non
opoꝛtet tamẽ habitꝰ aliarũ virtutũ eſſe genitos añꝙ
habeatur actꝰ magnimitatis: ſed ideo magnanimi-
tas coexigit neceſſario alios habitꝰ qꝛ magnanimi-
tas generatur cũ habent̃ actus circa materias aliaꝝ
virtutum. Preterea qꝛ vel ly ex dicit cauſam preci-
ſam et adequatã vel inadequatã. Si dicat cauſam in
adequatam adhuc currit precedens ratio. Si dicat
cauſam adequatã tunc fĩm eſt, ex cõſcientia enim oĩm
eorum huiuſmodi certitudo fidentie ex quibus cau-
ſatur facultas adminiſtrãdi recte res arduas nõ oꝛi
tur ſed hmõi: facultas nõ ſolũ cauſat̃ ex habitib⁹ aĩe
ſed etiã ex habitib⁹ coꝛpis ex diuiciis ex aliis ⁊ aliis
auxiliis. Et ideo veriꝰ eam huiꝰ certitudinis btũs Tho
Thomas vbi ſupra artic. 6. mas expꝛeſſit cum ait Robur ſpei ꝯuenire ex aliqua
ꝯſideratiõe q̃ facit vehemẽtẽ opinionẽ de bono aſſe-
quẽdo. Aliud fĩm oſtẽdet̃ in ꝓbatiõe ꝯcluſiõis. ⁊ ideo
ꝓbat ꝯcluſio pñtẽ aliq̄ duo magnimi vel foꝛtes diſ-
pares habitꝰ aniẽ coeptoꝝ facultatibus agẽdo ar
dua q̃ dubitãt vtrũ debeãt ſuſcipere aliquã arduã ad
miniſtrationẽ quoꝝ vnꝰ ratiocinãdo ⁊ diſcurrẽdo con
cludit ꝙ bene põt ⁊ ſufficit eã adminiſtrare, ⁊ aliꝰ ꝯclu
dit ꝙ ipe nõ ſufficit ⁊ tñ ꝯſtat ꝙ finis i vtꝛiſq; ẽ vnꝰ ⁊ idẽ
ergo certitudo aggrediẽdi ardua non ꝑuenit ex bono
finis. Et hec rõ ſine difficultate videt̃ ꝯcludere ꝙ non
ꝑuenit ex eo tãꝙ ex cauſa adeq̃ta ita ſcʒ ꝙ nõ oĩe ma
gnanimꝰ ideo ſecurꝰ eſt b̃n geſturũ aliquã arduã ad-
miniſtrationẽ qꝛ eam intẽdit adminiſtrare pꝛopter
bonum finẽ. Scðo qꝛ hoc videtur contradicere alteri
dicto eiuſdem quo dicit ꝙ hmõi certitudo prouenit
ex conſcientia boni habitus in anima. Tertio bo-
Argumẽta thome vbi ſup. art. ſexto ⁊ ſeptĩo. nus finis eſt cõmunis oĩbus ptib⁹ magnanimitatꝭ
et foꝛtitudinis: ẽ fidentia nõ ſpecialius reſpicit bo
num finem ꝙ magnificentia vel alia species eius.
¶ Contra ſcðam cõcluſionẽ. arguitur ſic fidentia di

citur a fide ſed fides eſt virtus theologica et non ſpecies magnanimitatis ergo nec fidentia. ¶ Secundo fidentia eſt eadē ſpei ſed ſpes eſt virtus theologica igitur et fidentia. ¶ Tertio carere timore magis partinet ad fortitudinem quam ad magnanimitatē ſed fiducia videtur eē timori oppoſita ſm illud Iſa. xii. fiducialiter agā et nō timebo. ¶ Quarto premiū non debetur niſi virtuti ſed fiducie debetur premiū ſcdm illud ad Hebr. tertio nos ſumus xpi ſi fiduciā et gloriā ſpei vſqz in finem firmā retineamus ergo fiducia eſt virtus diſtincta a magnanimitate. Et cōfirmatur auctoritate Macrobii qui fiduciā magnanimitati cōdiuidit. ¶ Quinto fiducia cōnotat certitudinē. ſed magnanimitas nō connotat huiuſmodi certitudinē ergo fiducia non eſt ſpēs magnanimitatis. ¶ Sexto oīs magnanimitas ē volitio magnorum imperatiua executionis: ſed fiducia non eſt volitio magnorum imperatiua executionis ergo fiducia non eſt magnanimitas. ¶ Septimo actus ſimplex et actus imperatiuus executionis ad eandem virtutē pertinent ergo fiducia et magnificentia non differunt ſpecie et per conſequēs nō ſūt diuerſe ſpecies magnanimitatis. ¶ Ad primā negatur minor ſi vniuerſaliter intelligatur: fides eñ accepta vt dicit vehementiam opinionis quomodo accipiūt eam naturaliter loquētes nō eſt virtus theologica et preterea negatur ſña. nā quāuis fiducia de qua Apoſ. loquitur ad Hebre. xº includat fidē theologicam: eſt tamē diſtincta virtus a fide theologica ita et fiducia moralis a fide naturali quāuis eā hec cōnotat per nomē fiducie. ¶ Ad ſcdam dico q ſpes accipitur tripliciter

a vnomō pro firma expectatione beatitudinis ex gratia et meritis. et ſic nego maiorē et cōcedo minorē. alio mō pro volitiōe operandi difficilia cū certitudine bñ ſe habendi in huiuſmodi operatiōe et ſic nego tā maiorē quam minorem accepto noīe fiducie ſcdomō. tertiomō pro huiuſmodi deſiderio adminiſtrādi et gerēdi ardua cū certitudine bñ ſe hñdi in huiuſmodi adminiſtratione et ſic cōcedo maiorē et nego minorē. ¶ Ad tertiā nego maiorem. fortitudo eñ proprie dicta eſt ablatiua timoris bellici: magnanimitas aūt timoris qui puenit ex arduitate grauiū adminiſtrationū. et ad minorē cōcedit q fiducia eſt oppoſita timori pturbāti et diſtrahenti. ſed non eſt oppoſita timori excitanti et ſollicitanti nec talē timorē aufert ſpes, imo nec ſecuritas. ¶ Ad quartam concedo maiorem et minorem, ſed ex hic non poteſt concludi niſi q fiducia eſt virtus et non q ſit magnanimitate diſtincta Auctoritas tamen Apoſ. potius videtur intelligenda de fiducia q eſt ſpes theologica et q ly et tenetur expoſitiue. nec valet quod dicit Thomas q fiducia importat quendā modū ſpei quia fiducia eſt ſpes roborata ex aliqua firma opiniōe quia poſſet queri qd per modum ſpei intelligat. aut enim intelligit ipsā ſpem. aut aliud a ſpe: et ſi aliud aut intrinſecū aut extrinſecū et faciliter deducerentur mēbra ego aūt vt prius dico q fiducia nō ē aliud quam ſpes ſz nō identificatur cuilz ſpei ſz illi tm que hz certitudinē firmā cōiūctā et ſi hoc intelligat per modū ſpei nō cōdico. ¶ Ad quintā dico q argm̄ petit difficultatē illā logicā. ſi oporteat q generaliter ſit ſufe cōnotatiuū oīz eorum q cōnotant per q̄lz ſpem eius. q ſi dicatur q nō cōſtat q ſña argumēti non valet. Si dicatur q ſic dicatur cōſtat q huiuſmodi certitudo cōnotatur per magnanimitatē cōfuſe ſicut res conotate per ſpēs cōfuſe conotatur per ſña. ¶ Ad ſextā nego maiorē imo dico q ad vnā ſpem magnanimitatis ptinet volitio ſimplex ad aliā ptinet volitio imperatiua executionis et q ſm has volitiōes poſſunt ſūi diuerſe ſpēs magnanimitatis. ¶ Ad ſeptimā vel intelligis q ptinēt ad eādē virtutē ſz ſpēm et ſic ego nego et dico q

reprobatur dictū thome

Difficultas logi.

illi actus ſūt ſpē differētes et q aliqd ē obiectū vnius. ſ. actus imperatiui qd nō ē obiectū alterius vel intelligis ad eādem virtutē ſz genus et ſic cōcedo. ſed cū hoc ſtat q ibi ſūt diuerſe ſpēs. ¶ Cōtra q̄rtā ↄ̄cluſione arguitur. ſecuritas ptinet ad fortitudinē ergo ſecuritas ē aliqd preter fiduciā. añs probatur qz ſecuritas importat q̄etē quādā a perturbatiōe timorum, ſz q̄etē a perturbatiōe timorz maxie facit fortitudo igitur. Scdo ſecuritas ↄ̄ria ē magnanimitati ergo ſecuritas ē aliqd preter fiduciā. añs probatur qz magnanimitas facit curā de rebus magnis et honeſtis, ſz ſecuritas huiuſmodi curā aufert cū ſecurus ſm yſi. dicatur quaſi ſine cura. aſſūptū probatur per illud Apo. ii. ad thi. ii. Sollicite cura teipm̄ pbabilē exhibere deo. Tertio ſecuritas ē virtutis premiū ergo ſecuritas nō ē virtus ſña tz qz nō ē idē virtus et virtutis premiū. añs probatur per illud Iob ſi iniquitatē abſtuleris de foſſa ſecurus dormies. ¶ Quarto ſecuritas in hoc ↄ̄ſiſtit q nulli aīmi perturbatiōi neqz hoi neqz fortūe ſuccūbat: ſz fiducia nō ↄ̄ſiſtit in huiuſmodi rebus ergo ſecuritas nō ē eadē fiducie. ¶ Quīto fiducie proprie opponitur deſperatio et non timor ſed ſecuritati proprie oppōitur timor et nō deſperatio. ergo ſecuritas nō ē eadē fiducie. ¶ Sexto de rōe ſecuritatis ē certitudo ſz de ratione fiducie non eſt certitudo ergo ſecuritas non ē eadem fiducie. maior probatur quia qui nō eſt certus nō eſt ſecurus neqz ab omni cura expeditus. et minor probatur quia circa contingentia et voluntaria non eſt certitudo. ¶ Ad primam negatur añs accepto noīe fortitudinis cōiter et nomine ſecuritatis ſtricte eo modo quo dictū eſt de fiducia et ad probationē ſupra rñſū eſt et dictū q timor bellicus bene pertinet ad fortitudinē ſz ad magnanimitatē ptinz timor q incidit circa arduarū rerū adminiſtrationē et nō ſolū timor adminiſtratiōis imo timor mortis ē incōmodorum. ¶ Ad ſecūdā nego antecedens de illa ſecuritate quam eandem fiducie diximus. et ad probationem diſtinguo vel quod faciat curā perturbantem et deiicientem vel q facit curā excitantē ſi primum nego maiorem et cōcedo minorem. ſi ſecundū concedo maiorem et nego minorem. auctoritas autē Apoſ. intelligitur de cura excitante et non deiiciente. Ad terciam videtur q ſecuritas poteſt accipi dupliciter vnomō pro ſecuritate patrie et premiū pro primo eſſentiali aut cōditionibus eius ſic cōcedo añs et ſña ſz forte ſña nō valeat. et ad probationē negaretur aſſumptū et, forte ab aliquibus diceretur q operatiōes beatifice ſūt eque virtuoſe aut plus quam nō beatifice ſz nō ſint eque meritorie. ſi autez acciperet ſecuritas pro carētia timoris qui frequenter puenit ex hoc q minus ē ſibi male cōſcius, ſicut videtur accipe Iob. cōſciā enim quam replet iniquitas multis rerum difficultatibus et perturbatiōibus angitur cōcedo añs de premio accidētali et nego ſñam et ad probationem dico q aſſūptū ē fñm. nā ſicut vna miſeria ē detrimētū reſpectu alterius ita et vna virtus reſpectu alterius ſz qdqd ſit i illa auctē nō accipitur ſecuritas pcīſe eomō q hic accipitur ſz videtur hre ſignificatiōnē magis ↄ̄mune. nā q abſtulerit oēz iniquitatem ſecurus dormiet. nō ſolū illa ſecuritate q dicta eſt ſz etiaz ſecuritate q haberi pōt circa rerum arduarum adminiſtrationē: per hoc q talis fidētius diuinū auxiliū ſperat qd ē ad res diuinas agendas ſufficiētiſſimū. ¶ Ad quartā nego minorē licet enim in aliis cōſiſtāt et fiducia et ſecuritas. nam ſi quis in adminiſtratiōe grauiū rerū vel perturbationi, vel homini vel fortune ſuccūbere formidaret ille nec ſecuritatē nec fiduciam bene gerendi habent. ¶ Ad quintam dico q tam fiducie quam ſecuritati opponuntur et deſperatio et timor perturbant ac deiiciens; neutri autem opponitur timor excitans. nam ſi ponatur deſperatio aut timor deiiciens nec habetur fiducia nec ſecuritas. ¶ Ad ſextam dico q duplex eſt certitudo ſcilicet naturalis et de illa negatur maior,

Arg. thome. 2. 2. q̄ſtio. 129. articu. 7.

Acceptio nes ſecuritatis.

alia eſt moralis et iſta eſt duplex. q̄dā circa agibilia in vniuerſali et de iſta iterum negatur maior. Duplex ē certitudo alia eſt circa agibilia in particulari et de iſta conceditur maior et negatur minor. ſecuritas enī et fiducia dicunt circa ꝑticulare agibile illam moralem certitudinē q̄ de ꝑticulari agibili vt in plurimū habeñ haberi poteſt q̄lis certitudo habetur in ꝓmiſſis et obligationibus exſoluendis q̄uis tamē in his multo maior poteſt eſſe certitudo ꝙ in adminiſtratiōe rerū arduarū q2 hmōi adminiſtratiōes ex pluribꝰ cauſis impediri poſſūt q̄ ꝓmiſſoꝝ ſolutiones. Ad rōnē aūt oppoſitā negat maior ꝛ dico ꝙ aliq̄ magnanimitas eſt magnoꝝ ſperatiua ꝛ aliqua magnoꝝ opatiua ꝛ de hoc ſatis habitum eſt in prioribus.

Queritur Utrum magnificentia ſit ſpecies magnanimitatis. et videtur ꝙ non q2 magnificentia eſt virtꝰ a magnanimitate diſtincta. ergo non eſt ſpēs magnanimitatis. aūs ꝓbatur per Ariſt. quarto ethicoꝝ. In oppoſitū eſt Tullius qui enumerat magnificentiā inter partes magnanimitatis. hoc idem etiam facit Macrobius ꝛ Andronicus. Notandū eſt ꝙ magnificentiā accipitur dupliciter. vno modo ꝓ habitu q̄ nos bene habemus in magnis ſumptibus gratis faciendis. et hoc modo magnificentia eſt virtus circa pecunias exiſtens diſtincta a liberalitate ꝛ magnanimitate ꝛ aliis ꝟtutibus. Secūdo modo accipit magnificentia ꝓ virtute opatiua excellētium et arduoꝝ fctōꝝ vtilitatem aliquā publicam ꝯcernentium. de magnificentia primo modo dicta non eſt queſtio ſed de magnificentia ſecundo modo dicta.

¶ Prima concluſio magnificentia eſt ſpecialis virtus. ꝙ ſit virtus ꝓbatur rōnibus quibus ſupra de magnanimitate ꝓbatū eſt. ꝙ ſit virtus ſpecialis ꝓbat nā rōne materie magnanimitatis ab oībus ꝟtutibꝰ aliis a magnanimitate diſtinguit. diſtigūt ꝑterea ab aliis ſpēbus magnanimitatis. magnificentia eſt ſcdm ꝙ eſt per ſe virtus eſt volitio arduarū adminiſtrationū imperatiua executionis: fiducia autē nō eſt imperatiua executionis ꝛ ita magnificentia habꝫ actū exteriorē ꝓ obiecto ꝛ nō fiducia aūt ſi habeat nō tamē eodē modo habet q2 nō habet eū tanq̄ actū imperatum ſed tanq̄ actū ſperatū. pacientia aūt et pſeuerantia q̄ pñt impedire hmōi adminiſtrationem pro obiecto. ꝙ aūt magnificentia ſit imperatiua executionis ꝓbatur per diffinitionem quam de ea aſſignat Tullius magnificentia inquit eſt rerum magnaꝝ ꝛ excellarū cum animi amplia ac ſplendida propoſitiōe agitatio ac adminiſtratio, conſtat enī ꝙ nullꝰ agitat atq̄ adminiſtrat ardua niſi ſpēt adminiſtrationē arduoꝝ. Et hoc intelligit Tulliꝰ ꝑ ſplēdidā ꝓpōnē id ē ꝑ ſplēdidū ꝓpoſitū. Propoſitum enī rerū arduaꝝ ac difficiliū dr̄ ſplēdidū cū ē executionis imperatū.

¶ Scđa ꝯcluſio. nō oīs magnificentia eſt circa magnos ſūptꝰ. ꝓbat in xp̄o fuit excellentiſſima magnificētia ꝛ illa nō fuit circa magnos ſūptꝰ igit. Nō oīs magnificētia ē circa ſūptꝰ. mior eſt certa q2 nō legimꝰ xp̄m magnos aliq̄s ſūptꝰ feciſſe ꝛ maior ꝓbat ꝑ illō pſal. Eleuata ē magnificētia tua ſup celos deꝰ vbi magnificentia ꝓ natura excellētiſſie magnificat ponit, neq̄ puto ibi magnificētiā naturalē dignitatē ipꝰ nature ſignificare. ſꝫ ſigāt ipꝰ excellētiſſimā ꝟtutē magnificētie ī aīa xp̄i exñtē q̄ etiā hūit excellētiſſimas opationes. nā ſi aliqō opꝰ dicat arduū ex fine q2. ſ. finis eiꝰ ē bonū excellēs ꝛ mltꝫ cōe nullū int̄ oīa hūana opa fuit magis arduū cū ꝑ opꝰ magnificū xp̄i totū hūanum genus ereptum ſit de poteſtate rugientis leōis collata ſint eidē oīa ſacramēta ſaluꝫ. ꝛ ꝑpa-

rata ſit ei ſufficienter eterna beatitudo. ſi ex difficultate operis ꝯſtat ꝙ nullū vnq̄ fuit opus difficiliꝰ nec eſſe poteſt de cōmuni lege q̄ ſe tot laboribꝰ tot ſudoribus tot cōtumeliis tot cruciatibus in tanta libertate ac innocētia pro alienis cōmoditatibus ꝛ nullomō pro ſua ſe ſubdere. ideo bñ ꝛ rationabiliter vocauit hec opera ac etiā habitus ex quibꝰ manauerūt, aut q̄ per hec generati ſunt magnificentiā. ꝛ dicendo ipſam magnificentiā eleuatā eſſe ſignificauit ſimul naturā que eleuata eſt ſup celos et cauſam potiſſimā huiꝰ eleuationis ſcꝫ ipſam magnificentiā. ꝛ hoc cōiter intendunt auctores ſacri aut aliquid ſimile cū pro cōcreto ponunt abſtractū ac ſi diceretur ꝙ eleuatio ſuper celos non ꝯuenit nature ſcdm ꝙ natura eſt: ſed ſm ꝙ ē magnificētiſſimis operibus adornata. Scđo ꝓbatur concluſio per illud quod habet in pſal. ſanctitas et magnificentia in ſanctificatione eiꝰ, et exo. xv. magnificus in ſanctitate, conſtat autē ꝙ hec magnificētia non cōſiſtit in magnis ſumptibus: ſed in geſtiōe operis ſancti difficilimi ꝛ arduiſſimi et vtiliſſimi. Et ideo nos in eodē pſalmo ad laudem huius magnificentie paulopoſt idem ꝓpheta imitat ꝛ exponit opus ipſm illuſtriſſimū et magnificentiſſimū dicens dicite in nationibus quia dñs regnauit a ligno. Ex quo patet ꝙ opus illud quod habuit in cruce fuit illud opus excellentiſſime magnificentie de quo loquitur: ꝛ ideo hāc magnificentiam eſſe dicit in ſanctificatione eius non quidem ea qua ſanctificatus eſt ſed qua nos ſanctificauit. Et ꝓpter iſtas cauſas magnificentia fuit in eo excellētiſſimo gradu ſcꝫ in gradu heroico q2 opus illud magnificētie ſue excellebat nō ſolū cōmunē facultatē hoīm ſed etiā facultatē eorum hominū qui maxime inter ceteros pñt res arduas ꝛ illuſtres adminiſtrare. Opera xp̄i fuerūt magnifica.

¶ Tertia cōcluſio. magnificentia de qua hic loquimur eſt ſpēs magnanimitatis ꝓbatur q2 magnanimitas ſignificat oīa que ſignificant ꝑ magnificentiā et eodēmō ita ꝙ que in recto ſignificant ꝑ magnificētiā etiā in regno ſignificant ꝑ magnimitatē ꝛ que in obliquo etiā in obliquo ꝛ nō econtra q2 multa ſignificat magnanimitas que nō ſignificant ꝑ magnificētiam q2 magnanimitas ſignificat ea que ſignificant ꝑ fiduciā ꝛ alias ſpecies etiam ſcꝫ deſideriū arduoꝝ operū que tamen nō ſignificant ꝑ magnificentiam. Scđo oīs virtus per ſe opatiua magnoꝝ operū ē magnanitas. ſed magnificētia iſto mō accepta eſt virtus opatiua magnoꝝ ergo magnificētia eſt ꝑ ſe magnanimitas. maior ꝓbat per diffinitionē magnimitatis quā ponit Arꝫ. pmo rethorice.

¶ Quarta ꝯcluſio magnificētia quā ponit Cicero partē fortitudis vel magnanimitatis nō ſe habet ad magnanimitatē ſicut ſecundaria virtus ad principalem. probatur q2 ipſa eſt vt dictū eſt ſpēs magnanitatis igit. Scđo magnificentia ꝯuenit in materia cum magnanimitate ꝛ nō excellitur ab ea ergo ipſa non ſe habet ad magnanimitatē ſicut ſcđaria ꝟtus ad ꝑncipalē ꝯria tenet quia Tho. 2.2 q̄ſt. 134. artic. 4 ſm Thomā cōtra quē ponit iſta ꝯcluſio ideo magnificentia nō eſt ſpecies magnanimitatis vel fortitudinis q2 nō ꝯuenit cū ea in materia ꝛ ipſa dicit ſcđaria virtus et fortitudo dicit principalis quia exceditur a fortitudine eo ꝙ fortitudo habet difficultatem propter diſpendium quod imminet perſone et magnificentia propter diſpendium rerum. Et in hoc iudicio meo decipit beatꝰ Thomas putās ꝙ Tullius ꝛ Macrobius et Andro cū dicant magnificentiā eſſe partē fortitudinis accipiāt eam ꝓ ꝟtute directiua circa magnos ſumptus quod nō eſt verum. Sed accipiūt eum mō ſupradicto in qua ſignificatiōe ꝯſtat ꝙ ipſa eſt circa materiā magnanimitatis ꝛ nullomodo exceditur a magnanimitate, imo ꝙ ita per ſe ipſa eſt magnani-

mitas ſicut homo eſt animal. ¶ Quinta concluſio.
nõ quorſlibet difficiliũ ac magnoꝝ volitio vł opa
tio eſt magnificentia. ꝓbatur vir iuſt⁹ puſillanimis
interdũ facit difficilia opera iuſticie. et ea nõ facit
per magnificentiam: ſed per habitũ iuſticie igitur.
C Secundo ſtat aliquẽ carentẽ magnanimitatẽ habe
re multas alias virtutes ſecundum gradũ excellen
Publice tem inclinantes ipſũ ad magna opera magna ⁊ di
admini- ficilia. ergo non omnis magnoꝝ volitio et opatio
ſtratiões ad magnificentiam ptinet quod probabitur cũ que-
retur de cõnexione virtutum. ¶ Secunda concluſio
opera magna et difficilia q̃ pertinent ad aliquam
adminiſtrationem grauem publicam et honorabi-
lem pertinent ad magnificentiam. publicas admi-
niſtrationes appello pontificatum, cardinalatum
epiſcopatum, imperiũ, regnũ, ducatũ, comitatũ p̃-
fecturã, legatio ẽ et omnis hmõi. ¶ Pro declara-
tione huius concluſionis. Eſt aduertendum q apd̃
morales phõs frequenter dubitatum: vtrum actus
aliquos exteriores ſibi proprios magnanimitas
Tho. 2.2 ſiue magnificentia haberet. Opinio Thome eſt q i
129. ar. 4 vna quaq; virtute magnum opus ſcđm q hmõi pti
net ad magnanimitatem vel faciendo vel qualiter
cũq; operando ipſum ita tamen q circa hoc opus
magnanimitas reſpicit ſolam rõnem magnitudi-
nis. Sed alie virtutes ſi ſint pfecte magnũ operan
tur non tamen principaliter dirigũt intentionem
ſuam ad magnum, ſed ad id quod eſt propriũ vni-
cuiq; virtuti magnitudo aũt conſequitur ex quan-
titate virtutis. Et ita ſecundum hanc opinionẽ op⁹
magnum iuſticie aut manſuetudinis habet duo ha
bere ẽm q ſit opus magnum et ſecundũ hoc ſit a ma
gnanimitate, habet ſecundo q ſit opus iuſticie. et
hoc modo ſit ab habitu iuſticie. iſta opinio non vi-
detur michi vera. tum primo q2 ſi ſic ſeq̄retur q oẽ
opus magnum ſcđm quod magnũ fieret a magna-
D nimitate aut ſaltem eſt generatiuum, primer imme
Contra diate magnanimitatis conſequens eſt falſum ⁊ cõ
thomam tra quartam concluſionẽ. ¶ Tũ ſecundo quia ma-
gnanimus faciendo opus iuſticie per magnanimi-
tatem ſuam non ſolum cõſiderat magnitudinẽ ope
ris ſed etiã cõſiderat q eſt opus bonũ ⁊ ꝟtuoſũ ad
iuſticiam pertinẽs aut ad mãſuetudinẽ aut aliquã
aliã virtutẽ neceſſariũ vel notabiliter vtile ad gerẽ
dam adminiſtrationẽ ſuſceptum ergo magnanimi
tas nõ ꝑſe facit illud opus ſecũdũ q magnũ nec
dirigit magnanim⁹ ꝑſe intenſionẽ ſuã ad magni
tudinẽ operis. Alſa ꝓbatur q2 ſi magnanim⁹ ꝑſe
ꝯſideraret rõnẽ magni in ope ſuo tũc ratio boni eẽt
ei impertinẽs ⁊ p ꝯñs ꝑ eodẽ hẽret facere op⁹ pra
uũ ſicut bonũ dũ tñ eẽt magnũ. Et patet ꝯña q2 ſi rõ
boni ſit magnanimo ſecundum q hmõi ptinẽs ma
gnanim⁹ eã in ope ſuo ꝯſiderat. Tertio aut intelli-
gis q magnanim⁹ ꝓducit magnitudinẽ opis iuſti
⁊ iuſt⁹ ꝓducit ipaꝫ ſubãm opis ſm q eſt debitꝫ cir-
cũſtantiis veſtita. Et hoc nõ q2 magnitudo opis nõ
eſt q̃titas ſupaddita rei magne ꝫ ẽ ipa opatio ma
gna ſicut arduitas opis nõ ẽ niſi op⁹ arduũ ⁊ diffi
cultas non eſt opus difficile. ergo eſt inł intelligi-
bile q ab vna producatur vnum ⁊ ab alia produ-
catur reliquum: aut intelligis q magnanimus pro
ducit vtrũq; ⁊ iuſtus ꝓducit vtrũq;: ſꝫ magnanim⁹
nõ fert ſm q hmõi intẽtionẽ ſuã niſi ad magnitudi
nẽ ⁊ iuſt⁹ nõ fert ſm q hmõi intẽtionẽ ſuã niſi ad id
qđ ẽ ꝓpriũ illi ꝟtuti ſcꝫ ad hoc q faciat op⁹ ꝯfor-
miť ad rectã rõnẽ. Cõtra quẽ modũ dicẽdi currit rõ
ꝑcedẽs q2 ex hoc indiſſolubiľr ſeq̄ť q magnanim⁹ nõ pl⁹
ſm q hmõi bñ opať q̃ maleců rõ magni quã tñ in
tẽdit magnanim⁹ ſaluať tã ĩ malis q̃ in bõis opatõib⁹

Scđo magnanim⁹ ſꝫ q magnanim⁹ ſcit op⁹ ſuũ eẽ cõfor
me rõi ğ magnanim⁹ nõ tm̃ fert intẽtionẽ ſuam ad ma-
gnitudinẽ operis ſed etiã ad bonitatem. Et aña ꝓba
tur p Ar. 2 ſcđo ethicoꝝ dicentẽ q ad hoc q q̄s ꝟtuo
ſe operetꝛ requiritꝛ q operetꝛ ſciẽs ⁊ eligẽs. Tertio ma
gnanimus opans magnũ opus iuſticie attigit de fa Cõditio-
cto ſubſtãtiã operatiõis iuſte bñ circũſtãtionatã: aut nes ſtudi
ergo attingit eã ꝑter intẽtionẽ: aut ex intẽtiõe: aut cõ oſe opan
tra intentionẽ. Non tertiũ vt cõſtat q2 alias oĩs ma- tibus.
gnanimus operãs iuſte eſſet malus q2 intẽderet ope-
rari nõ iuſte. nec primũ q2 quicq̃d ſit ab aliquo ſciẽter
et ex lectiõe ſit ex intẽtiõe ſed magnanim⁹ ſciẽtꝛ et ex
electiõe attingit ſubſtãtiã opis iuſti ergo attigit eam
ex intẽtiõe. maior eſt manifeſta: minor ꝓbať q2 ma-
gnanim⁹ ſcđm q hmõi attingit ſubſtãtiã operis iuſti
ex deliberatiõe ergo ſciẽtꝛ ⁊ ex electiõe q2 aut attigit
opus illud caſualiť aut naturaľr aut ex electiõe. non
p̃mũ nec ſcđm q2 magnanim⁹ nõ agit ſm q magna-
nimus caſualꝛ nec naturaliť ergo ex electiõe. ¶ Pre-
terea magnanim⁹ iterdũ iudicat q ad bñ gerendam
adminiſtrationẽ ſuſceptã neceſſe eſt ſibi in aliqua certa
materia facere opus arduũ iuſticie ergo magnani-
mus tũ ponit ſe ꝯformare iudicio prudẽtie directiue
operũ magnanimoꝝ põt velle facere op⁹ arduũ iuſti-
cie. ſed oĩs volẽs facere opus arduũ iuſticie ſi tñ diri
git intẽtionẽ ſuã ad opus ſcđm q magnũ ſed etiã di-
rigit eam ad opus ſcđm q iuſtũ igiť magnanimus
nõ ſolũ dirigit intentionẽ ad opus ſcđm rationẽ ma
gni. Eſt tamẽ aduertẽdum q dupliciť põt intelligi q C
magnanimus dirigit intentionem ſuam in opus iu-
ſtum vel manſuetum ⁊c. vno modo ſecundum commu
nem rationem iuſti et manſueti et ſic de aliis ⁊ ſic eſt
verum. Alio modo q magnanimus per habitum ma
gnanimitatis et prudẽtie ad eam pertinentis ponat
medium in opere iuſto et veſtiat opus illud circũſtan
tiis ſibi debitis et ſic falſum eſt quia hoc non perti-
net ad magnanimitatem ſed ad iuſticiam ⁊ alias vir
tutes, alias pro oĩbus virtutibus ſufficient vna. Et
hanc puto eſſe ſententiã Thome ⁊ eum nichil aliud
voluiſſe dicere que lꝫ vera ſit tamen deficit in hoc q
ſcđm eam omne opus magnũ ſecũdũ q magnũ eſt
opus magnanimitatis. ⁊ ꝯtra hec poſita eſt hec ſe-
ptima ꝯcluſio. ¶ Pro qua eſt aduertendũ q magna
nimitas ſcđm omnes philoſophos morales et theo- Sptis
logos eſt virtus circa honores exiſtens. Poſſum⁹ au- cõcluſio.
tem multipliciter deficere in appetẽdo honores: vno Multi-
modo cum incubuimus alicui graui adminiſtrationi plex defe
ꝓpter quam deberetur nobis honor alicuius digni- ct⁹ i appe
tatis nos tamen vel maiorem petimus vel dignũ ne- titu ho-
gligimus et ſcđm aliquos iſte actus magis pertium noris.
ad iuſticiam diſtributiuã ⁊ iniuſticiam oppoſitam q̃
ad magnanimitatẽ ſcđm alios vero pertinet ad ma
gnanimitatem. Alio modo cum appetimus honorẽ
annexũ alicui adminiſtrationi cui tamẽ adminiſtratio
ni gerẽde nõ ſufficimus aut cũ ſufficim⁹ adminiſtratio-
ni gerẽde nihilominus honorẽ ipm ꝓpter laborẽ aut
pericula aut ꝓpť diffidentiã quãdã recuſam⁹ Tertio
modo cũ iam ſuſcepimus honorẽ et dignitatẽ cui an
nexa eſt adminiſtratio ⁊ tamẽ negligẽter hmõi admi
niſtrationẽ gerimus neq; q̃tum vtiliter poſſum⁹ hu-
iuſmodi adminiſtrationẽ pficimus ſed per negligen-
tiam noſtram aut per torporem noſtrum res pluri-
bus cõmunis multa detrimenta ſuſcipit. Contra hec
vicia magnanimitas animũ noſtrũ firmat et ſtabiliť
et ita erigit mentẽ noſtram vt non ſinat nos neq; tor
pore neq; imprudentia neq; paruitate deeſſe admi- Reſolu-
niſtrationi quam ſuſcepimus. dico ergo quod ope- tio auto-
ra magna non pertinent ad magnanimitatem precı ris.
ſe ſecundum q magna aut difficilia ſed ſecundum q

ſunt opa valentia ad aliquē grauē adminiſtratio-
nem quā ſuſcepimus gerendā τ perficiendā ita ꝙ ſi
cauſa epiſcopatus vel legationis ſuſcepte incūbat
opus magnū iuſticie faciendū. tūc magnanimitas
legati elicit p̄mo actū quo vult legationē bene ad-
miniſtrare τ gerere et nullo mō a bona adminiſtra
tione deuiare τ qꝛ recta ratio dictat ꝙ ſine opere
magno iuſticie et arduo non pōt bene geri legatio
impat voluntas mediāte habitu magnanimitatis
opus excelſum iuſticie. / tūc volūtas ſi habeat ha-
bitū iuſticie inclinat mediante illo habitu iuſticie
ꝑtialiter ad inquirendū mediū iuſticie in illo opere
debitas circūſtantias illius opis τ rō mediāte ha-
bitu prudentie hanc inueſtigationē facit. Si autem
hos habitus nec volūtas nec ratio habeant tūc rō
mediante acumine ſuo inquirit et conſiliatur ac cō
cludit circumſtantias τ mediū opis iuſti τ volūtas
obtēperat et ita hoc opus iuſticie magnū eſt ꝓcepti
ue a magnanimitate ſecūdū ſꝫ ꝙ arduū eſt τ valet
ad adminiſtrationē ꝗuē gerēdā. Eſt aūt rl'arit eli-
citus ab habitu iuſticie τ ab aliis viribꝰ executiuis

probatio 7. ꝯcl'ōis
quia magnanimitas ſm Ar'ſ. nō fit ſine aliis ꝟtuti
bus poſſibile eſt tñ in caſu ꝙ ſit a volūtate τ dicta-
mine prudentiali actuali. ¶ Sic ꝓbatur cōcluſio illa
ſola opera ptinent ad magnanimitatē quibꝰ homo
dignificat ſe honoribus ꝗbus eſt dignus: ſed ꝑ ſola
opa magna que ad aliquā publicā adminiſtratio-
nem ptinent homo dignificat ſe honoribus quibus
dignus eſt. / ergo illa ſola opa ptinent ad magnani
mitatē. maioꝛ ꝓbatur per diffinitionem magnani
mitatis. et minoꝛ ꝓbat̄ opa magna que nō ptinent
ad aliquā adminiſtrationē nō dependent ex aliqua
honorifica dignitate nec in opando ea operans hꝫ
reſpectū ad quēcūq; honorem vel ſuſceptū vel ſuſci
piendum neq; attēptando eam dicitur caymꝰ neq;
non attemptādo dicitur puſillanimis quēadmodū
de opibus alicui adminiſtrationi honorabili ꝯiū-
ctis contingit. manifeſtū eſt eñ ꝙ ille quiꝰ aſſumit
honorē cuius adminiſtrationi ſufficere nō pōt ma-
nifeſte eſt caymus τ ambitioſus ille aūt qui retinet
honorē cuius adminiſtrationi negligit ſatiſfacere
licet etiā ſufficere poſſit eſt etiam caymus τ ambi-
tioſus. nō dicimur aūt magnanim ab hoc ꝙ iſeda
facimus opus magnū alicuius virtutis puta iuſti-
cie vel manſuetudinis vel liberalitatis ꝗtūcūq; eti
am intentionē noſtrā ad difficultatē τ magnitudi-
nem operis feramꝰ. Opoꝛtet ergo ꝙ dicamur ma-
gnanimi faciendo aliquod magnū opꝰ ad aliquā
grauē. adminiſtrationem publicā ptinens. ¶ Octa
ua concluſio magnificentie virtuti non reſpondent
alique operationes exterioꝛes ꝓpꝛie diſtincte ab

Magnificētia ꝓpꝛios actꝰ exterioꝛes non hꝫ.
operationibus iuſticie τ prudentie τ manſuetudi-
nis τ aliarū virtutū. ꝓbatur iſta concluſio qꝛ queſcū
ꝙ operatio magnificentie detur manifeſte oſtēdetur
ꝙ illa ptinet ad aliquā aliā virtutē τ ꝙ ad eam cau
ſandā pōt cōcurrere aliquis alioꝝ habituū moꝛali
um vel intellectualiū. Cōfirmatur quia a phis mo-
ralibus nulla aſſignatur opatio exterioꝛ magnifi-
centie preter opatiōes aliarū virtutū. poſſet etiā in-
duci ꝑ ſingulas ſpēs nā adminiſtratio epatꝰ nō exi
git aliquā opationē extioꝛē que non ptineat ad ali
quā aliā ꝟtutē nec adminiſtratio legatiōis nec di
gnitas regie maieſtatꝫ. Et ad hūc ſenſū puto itelle
xiſſe. Ar'ſ. cū ait, ꝙ magnanimitati ꝓpꝛiū ē qḋ eſt in
vnaq̄q; ꝟtute magnū. Dixi aūt opatiōes extioꝛes
qꝛ magnificētia hꝫ ꝓpꝛios actꝰ intioꝛes nō ſolū ſpē
ſꝫ etiā gñe diſtinctos ab actibꝰ intioꝛibꝰ aliarū ꝟtutū
ꝗ hñt obiecta diſtincta ab obiectis aliarū ꝟtutū. naꝫ
ſi ſit ꝯſida aliq̄ dignitas ꝯſequitur eā ꝯſiliando no-
bis beniuolos faciendo eos ad quos pertinet colla-
tio huiuſmodi dignitatis: hmōi autem cōſiliatio ac
cōpatio beniuolentie prudentia fit ac ſuadendi ſcien-
tia ſi quis legationē grauē ſuſcepit eam ꝑficiet opati
onibus que vel ad iuſticiā vel ad prudentiā vel ad pe-
ritiam litterarum pertinent aut his omnibus ſimul
Ex quibus oībus patet ꝙ volitio magni opis iuſti
ad magnanimitatē ꝓpꝛie ptinent et volitio eiuſdē opis
ptinēt ad iuſticiā licꝫ differāt ſpē vel genere: tñ eis eadē
opatio exterioꝛ nō ſolū ſpecie ſed etiā numero rñdet

Duplex volitio iuſticie.
ptꝫ ex dictis. Dixi aūt in p̄ma pte pꝛopꝛie ptinēs ad
magnanimitatē. eſt eñ duplex volitio iuſticie ad ma-
gnanimitatē ptinēs vna que habet oēs circūſtantias
pro obiectis puta volitio ꝗ volo hoc opꝰ iuſticie dif-
ficile et arduū tanꝗ multū vtile aut neceſſariū ad lega
tionē ſuſceptā honorifice ꝑficiendā hoc loco hoc tēpe
hoc mō τc. τ iſta volitio ꝓpꝛie ptinet ad magnanimi-
tatē qꝛ licet ſint aliqua obiecta cōia magnanimitati
et iuſticie ſcꝫ locus tps ꝑſona et multa alia. / tñ ſūt eti-
am aliq̄ ꝓpꝛia magnanimitati puta finis primus ſcꝫ le-
gatio honorifice ꝑficienda τ vtilitas vel neceſſitas ad
hanc. Alia eſt volitio ꝗ nō habet iſtā circūſtātiā ꝓpꝛiā
pro obiecto. / ſed habet alias cōes nō tñ habet circum-
ſtantiā ꝓpꝛiā iuſticie pro obiecto τ iſta volitio ptinꝫ cō
muniter ad magnanimitatē τ iuſticiā τ ab vtraq; pōt elici
et ſeoꝛſū ꝯiūctim. Alia eſt volitio ꝗ habet iſtas circum
ſtantias cōes pro obiectis cū hoc habet circūſtantiā
ꝓpꝛiā ipſi iuſticie τ iſta ptinet ad iuſticiā τ nō ad ma-
gnanimitatē. Et ſi dicas ponat̄ ꝙ habeat illa volitio cir
cunſtātias cōes pro obiectis τ circūſtātiā ꝓpꝛiā ma-
gnanimitatis τ circūſtātiā ꝓpꝛiā iuſticie tūc querit̄ ad quā
virtutē ptinebit puta iſta volitio. / volo hoc opus iuſtū

Note.
hoc loco et hoc tēpoꝛe vt reddatur iſti perſone qḋ ſuū
eſt et vt legationē ſuſceptā honoꝛifice perficiam. Re-
ſpondeo pmo ꝙ hec volitio differt ſpecie aut gene-
re a qualibet precedentium. Dico ſecundo ꝙ ſi caſus
ſit poſſibilis et cum hoc ſit poſſibile ꝙ circunſtantie

B
pꝛopꝛie finium omnino ex equo ſe habeant quod eſt
michi dubium. Tunc dicerem ꝙ illa volitio ſimul per
tineret ad magnanimitatē τ iuſticiam τ ꝙ non de tali
imo nec foꝛte de qua tali predicatur iuſticia eſſentiali
ter τ per ſe nec etiam magnanimitas accipiēdo eſſen
tialiter τ per ſe logicaliter. / licet bene predicat̄ de ea
ꝑ ſe accipiēdo ꝑ ſe vt vēit in vſū moraliū philoſophoꝝ.
Dico tertio ꝙ ſi circūſtātie ꝓpꝛie finium nō ſe ex eque
habeāt ſed vna ſit principalioꝛ et altera minus ꝑnci-

Argumēta thōe. τ 2. ꝗſti. 15. articu. 1.
palis tūc dico ꝙ volitio illa ptinet ad ꝟtutē illā cuiꝰ
ꝓpꝛius finis eſt finis ꝑncipalioꝛ illiꝰ volitiōis. ¶ Con
tra p̄mā ptē p̄me ꝯcluſiōis aꝛ ſic magnificētia nō con
ſiſtit in medio ergo magnificētia nō eſt ꝟtus. aſis pro
bat̄. Tū qꝛ magnificētia ī extremo ꝯſiſtit. Tū qꝛ ma
gnificētia ꝯ̄riat̄ naturali inclinationi eo ꝙ hō magis
naturaliter inclinat̄ ad opera difficilia ꝓpter ſeipm
quā propter alterū ad cuiꝰ ꝯ̄riū iclinat magnificētia.
Scdo magnificētia eſt recta rō reꝝ factibiliū ergo po
tius ē ars ꝗ ꝟtus. aſis ꝓbat̄ qꝛ ꝑ magnificētiā dirigi
mur ita bñ in factibilibus ſicut in agibilibus. ¶ Ter
tio magnificentia eſt dignitas quedam nature ergo
magnificentia non eſt virtus: aſis probatur per illud:
eleuata eſt magnificētia tua ſup celos. ¶ Ad p̄mā rñ-
det̄ ꝙ magnificētia ꝯſiſtit in medio ratiōis licet non
in medio materie. Et ad primā ꝓbationē concedo ꝙ
cōſiſtit in extremo materie. Ad ſcdam ꝓbationem ne
gatur antecedens. τ ad probationem negatur aſſum
ptum vniuerſaliꝛ intellectū. ꝯtingit enim aliqñ ꝙ illa
difficilia opa nō eſſent ſibi vtilia vbi tamē eſſent vtilia
alteri iō in tali caſu faceret ꝓpt alterū ꝗ nō facit ꝓpt
ſeipm ꝯtigit etiā ꝙ illud alterū ē cōtrarius aliqua ꝓpter
quā etiā facere multa iclinat̄ ꝗ nō faceret propter ſe.

Cū tertio inclinat hōs facere multa ꝑpt̄ deū ⁊ illa
ꝑpt̄ alteꝝ q̄ nō faceret ꝑpt̄. Cū q̄rto q2 ex eo quod
facit ꝑpter alteꝝ bn̄ ⁊ laudabilr̄ maius bonum ſibi
ꝯuenit q̄ bonū virtutis q̄ illi ꝑpter quē illud facit
neq3 tamen vz ꝯña argumenti q2 ⁊ fortitudo ⁊ fere
omnis alia virtus interdū inclinat contra natura
lem inclinationē q̄uis aliqua inclinatio dicat̄ na-
turalis multiplr̄ ſed de hoc alias. ¶ Ad ſcđam ne
gatur ꝯña quia licet per magnificentiam inclinē-
mur etiam interdū ad ardua factibilia eo mō quo
recta ratio dictat ea eſſe facienda nō tamē magni-
ficentia eſt recta ratio reꝝ factibiliū ſz habit⁹ ille
eſt recta ratio factibiliū quo ratio iudicat qualit̄ ⁊
quō ſint facienda ſicut nec iuſticia nec manſuetudo
eſt recta ratio agibiliū ſed prudentia hmōi operuꝫ
directiua. ¶ Ad tertiam patet ſolutio ex dictis. Cō
tra ſecundam cōcluſionē ar̄ ſic per Ari. ethicoꝝ q̄r
to qui magnificentiā circa magnos ſumpt⁹ ponit
¶ Scđo ſic pōt contingere q̄ aliqua adminiſtratio
non pōt bene geri ſine magnis ſūptib⁹ ſicut etiā cō
tingit q̄ non poteſt geri ſine aliquo arduo opere
iuſticie ergo ſicut poſita eſt magnificētia circa ope
ra et materiā iuſticie ita poni debet circa magnos
ſumptus. ¶ Ad primā pz ſolutio ex diſtinctione in
principio q̄ſtionis poſita nomē eni magnificentie a
diuerſis auctoribus diuerſimode acceptū eſt hic āt
agitur de ea vt eſt ſpēs magnanimitatis vel forti-
tudinis de ea autē alias agetur vt eſt virtus circa
magnos ſumptus immediate conſiſtens. ¶ Ad ſecū
dam conceditur ꝯña et ꝯña nec tamen ex hoc ſequit̄
q̄ omnis magnificentia ſit circa magnos ſumptus
quod eſt oppoſitū concluſionis. Dico tamen q̄ ſi-
cut nulla magnificentia eſt immediate circa opa iu
ſticie tanq̄ circa actum elicitum imperatū formali
ter executionis ita nec circa magnos ſumptus hoc
modo eſt magnificentia illa q̄ continetur ſub ma-
gnanimitate ſed ſicut magnificentia virtus eſt im-
Ad tho. 2. 2. q̄ſti. 134. arti. q̄rto. mediate circa actum ꝓprium puta circa geſtioneꝫ
magne adminiſtrationis et mediante iſto actu eli-
cito circa aliquod opus arduū iuſticie: ita hoc mō
etiam eſt circa magnos ſumptus. Et ideo concedit̄
D q̄ eodem modo eſt circa magnos ſumptus ſicut cir
ca opera iuſticie. ¶ Contra quartā cōcluſionē ar̄ ſic
magnificentia q̄ eſt circa ſumptus cōuenit cum ma
gnanimitate in hoc q̄ eſt circa aliquid magnum
et exceditur ab ea quia periculum circa perſonam ē
maius q̄ periculum circa res et bona ergo huiuſ-
modi magnificentia adiungitur magnanimitati ſi
cut virtus ſecundaria principali. ¶ Ad iſtam rōem
reſpondetur primo q̄ conſequens huius argumēti
non eſt contra cōcluſionē poſitam quia cōcluſio nō
eſt poſita de magnificentia q̄ eſt circa magnos ſū-
ptus ſed de magnificentia q̄ eſt ſpēs magnanimita
tis. dicitur ſecundo q̄ nec argumētum valet de ma
gnificentia q̄ eſt circa magnos ſumptus: alias eni
ſequeretur primo q̄ omnis virtus exceſſa a magna
nimitate eſſet ſecundaria virtus reſpectu magnani
mitatis q̄ eſt falſum et patet conſequentia q2 om-
nis virtus exceſſa a magnanimitate cōuenit cū ma-
Cōditiones requiſite ad virtutē ſcđariam. gnanimitate q2 ois virt⁹ cū oi virtute in aliq̄ cōuenit
⁊ cū hoc excedit ab ea cū ꝑ ſcaſū ſit exceſſa virt⁹. Tuꝫ
ſcđo q2 ſeq̄ret̄ q̄ liberalitas ⁊ eutrapelia et ſic de
mltꝭ aliis eēt virt⁹ ſcđaria reſpectu iuſticie q2 hmōi
due ꝯditiōes ꝯueniūt. Tertio ſequeret̄ q̄ iuſticia et
gn̄alit̄ ois virt⁹ cui⁹ act⁹ requirit̄ ad grauē admini-
ſtrationē bn̄ gerendā eēt ſcđaria reſpectu magna-
nimitatꝭ que oia ſūt abſurda. Ex q̄b⁹ pz q̄ ad hoc
q̄ aliq̄ virt⁹ dicat̄ ſcđaria reſpectu alt̄⁹ iſte due ꝯdi
tiōes non ſufficiūt ſz ꝑter has req̄rit̄ q̄ act⁹ ſcđarie

virtutꝭ ſit eī nātr̄ ſubordinat⁹ ad actū ꝑncipal̄ virtutis
ſic ſcꝫ q̄ ſaltem partialiter valeat ad cōſequēdū actū
principalis virtutis et q̄ regulariter non ſit alicuius
vtilitatis niſi reſpectu actus ꝑncipalis virtutis. quo
modo eubulia ſineſis agnomi dicunt̄ ſecūdarie vir
tutes reſpectu prudētie quia ſcꝫ valent ad actū prin-
pericula mortis plus retrahūt a bono ꝙ̄ aduerſa ꝙ
ſecundū veritatem contradictionē implicat manife-
ſtam ſuppoſito illo quod ex doctrina Thome pro-
batum eſt ſcilicet ꝙ a pericula mortis ſunt aduerſa.
Et ſi queras in quo ſenſu poſuit Thomas predi-
Expō di- ctam propoſitionem videtur michi ſalua meliori opi
cti thome nione ꝙ ꝓpoſitio de rigore ſermonis habet ſcōm ſen
ſum qꝛ ad hoc ꝙ ſit partitio illa quā exprimit prim⁹
ſenſus oportet ꝙ terminus poſitus in prima parte
repetatur in ſecūda qḋ tñ non fecit ſed in prima par
te poſuit pericula mortis ⁊ in ſcḋa aduerſa ꝙ ſi dixiſ
ſet hoc modo ꝑicula circa que eſt fortitudo plus re-
trahunt a bono ꝙ̄ pericula circa que eſt patiētia idu
bitāter fuiſſet deſignatus ꝑmus ſenſus. Scḋo michi
videtur ꝙ etiam in ſenſu ſcḋo Thomas dictā ꝓpoſi-
tionem poſuit qui ibi diuidit equiualent̄ et patet in-
tuenti hoc cōmune retrahens a bono l periculo mor
tis et aduerſa/ꝑicula mortis tribuit fortitudini ⁊ ad
uerſa patientie. que diuiſio nō michi videtur rationa
bilis ſi pericula mortis int̄ aduerſa numeranda ſint
qꝛ nunq̄ ſpecies diuidit̄ ꝯtra ſuū gen⁹. Alias vnū mē
brorum diuidentiū eſſet contentū in alio et reciperet
vniuerſaliter et per ſe predicationē eius et non eſſet
D ſibi formaliter oppoſitum. ¶ Aduertēdū eſt tñ ꝙ que
ſtiones iſte de cōparatione virtutū ſunt multū diffici
Cōpatio les qꝛ nulla virtus eſt que non ſub ſe ꝯtineat multos
virtutū ē actus diuerſarū ſpecierū quoꝝ alii ſunt aliis perfe-
difficilis. ctiores. oportet ergo cōparare vel ſummū ad ſummū
vel aggregatū ex oibus habitibus facilitantibus in
oēs actus eiuſdem generis ad aggregatū ex habiti-
bus facilitātibus ad oēs alterius virtutis. alias enī
cōcederetur patiētia eſt patientia pfectior et iuſticia
eſt iuſticia pfectior ita cōcederetur ꝙ patiētia eſt for-
titudine et fortitudo patiētia pfectior. ¶ Sit igit̄ ter
tia concluſio: accepto noīe patiētie cōmunit̄ ad quat
tuor modos et collectiue pro aggregato oim habi-
tuum qui ſunt patientia: patientia eſt oibus aliis vir
tutibus pfectior. ꝓbatur patientia hoc modo reperi
tur i omi genere virtutis ſcōm illam partē ſcōm quā
fit exercitiū illius virtutis cum paſſione et tollerātia
durorum ſed in omi virtute multo difficilior eſt act⁹
ille qui exercetur cum paſſione durorū retrahente ꝙ̄
ille qui exercetur ſine paſſione: aut cum paſſione dele
ctabiliū retrahentiū vt declarabitur cum aget̄ de cō
paratione patientie ad temperantiā igitur. Secūdo
excellentiſſimi gradus in vna quaqꝫ virtute ſunt pſeue
rantie gradus et heroicus. ſed patiētia cōmunit̄ ac-
cepta cōtinet iſtos gradus et ipſa in oi genere virtu-
tis reperit̄ igit̄. ¶ Alia ꝯcluſio erit de patientia ꝑmo
Patien- modo dicta. ¶ Quarta ꝯcluſio patiētia primo mo-
tia ē forti do dicta eſt extēſiue pfectior ꝙ̄ fortitudo ſtricte accepta.
tudie intē ꝓbatur ois fortitudo hoc modo accepto nomine eſt
ſiue pfecti patientia primo modo, cū omis fortitudo ſit paſſio
or. durorū in adminiſtratione grauiū et arduorū nego-
ciorum ſcꝫ bellicorū ⁊ tamē nō ois patientia eſt forti
tudo ſtricte accepta puta tollerātia durorū ꝑtinenti
um ad magnanimitatē ꝓut diſtincte accipitur a for
titudine igit̄ hoc modo patientia eſt pfectior extenſi
ue ꝙ̄ fortitudo. ¶ Quinta ꝯcluſio fortitudo nō eſt p-
fectior intenſiue ꝙ̄ patientia hoc modo accepta. patꝫ
quia oēm pfectionē ꝙ̄ continet fortitudo continet pa
tientia: cum fortitudo ſit ſub patientia ſicut magis
cōmune ſub minus cōmuni. ¶ Sexta cōcluſio fortitu
do non eſt perfectior intēſiue ꝙ̄ patientia quarti gene
ris licet patiētia ſit pfectior extēſiue. Hoc ꝓbatur qꝛ
aut illa pfectio attenderet̄ ex parte periculoꝝ et tri-
ſticiarum aut ex parte finis aut ex parte ſpontaneita

tis: non primū pꝫ patientia quarti generis eſt eq̄ be-
ne circa pericula ⁊ tollerātiā mortis ſicut fortitudo.
nec ſcōm qꝛ pro quocūqꝫ fine honeſto pōt q̇s fortiter
ferre pericula pro eodē aut ſili omino pōt patienter
tollerare dāpnorū triſticias. nec tertium qꝛ ois ſpon
taneitas vel non ſpontaneitas que reperitur in forti
tudine ſcꝫ reſpectu tollerantie et periculoꝝ ⁊ reſpectu
equanimitatis poteſt reperiri in patientia quarti ge
neris et ſicut fortiter deſerendo actum fortitudis po
teſt reiicere a ſe pericula ita et multotiens in patien-
tia quarti generis aduerſitates ipſe ſunt deſiderate
ſicut dauid pro ſalute populi ſollicitus orabat vt in
ſe diuine voluntatis gladius verteretur. ¶ Cōfirmatur
fortitudo habet aliquid quod difficultatē⁊ triſticiaꝫ
lenit ſcꝫ ꝯtra pugnationē⁊ ſpem euadēdi ꝑicula ꝯtra
pugnādo viriliter ſed hoc non habet patiētia quarti
generis ⁊ illa que leniūt triſticiā in patientia quarti
generis etiam poſſunt lenire triſticiam in actu forti-
tudinis igitur. ¶ Secunda pars concluſionis ꝓbat̄
quia patientia quarti generis eſt multo extenſior ꝙ̄
fortitudo bellica vix enim vllus eſt bonus et iuſtus q̇
ſe eximere poſſit a patientia quarti generis a forti-
tudie autē bellica ꝙ̄ plurimi. ¶ Septima ꝯcluſio for
titudo eſt intrinſece pfectior ꝙ̄ patientia tercii gene- Fortitu-
ris. probatur iſta cōcluſio per fortitudinem duo dif do ē pacie
ficilia fiunt ſpontanea ⁊ volita per patientiam vero tia itriſe
tercii generis iſtā vnum eorum fit ſpontaneum ⁊ ad- ce pfecti-
hoc illud cuius ſpontaneitas eſt facilior ergo forti- or.
tudo eſt intrinſece perfectior ꝙ̄ patientia. antecedēs
probatur per fortitudinem pericula fiunt volita vo-
litione propter hec et etiā ipſa equanimitas in peri-
culis ita ꝙ vere fortis nec deiicitur per deſperatio-
nem nec erigit̄ per temeritatem ſed in patientia ter-
cii generis ipa aduerſitas non fit volita nec ſimpli-
citer nec volitione propter hec ⁊ fit tantū volita ipſa
equanimitas cuius volitio eſt facilior ꝙ̄ volitio ipſi⁹
aduerſitatis. nam multo facili⁹ eſt equanimē eſſe in
ter aduerſa accidentia ꝙ̄ velle huiuſmodi aduerſa.
nam qui vult aduerſa faciliter inter ea eſt equanimis
ſed multi ſunt equanimes inter aduerſa qui aduerſa
nolūt. ¶ Octaua ꝯcluſio pacientia eſt perfectior tē-
perantia. probatur ſecundum Ariſtotelem difficili⁹
eſt pugnare contra triſticias quam cōtra delectatio-
nes. ſed pacientia eſt pugnatiua cōtra triſticias, tem
perantia vero contra voluptates igitur. Antecedēs
probatur pro prima parte. Si quis incumbat bono
operi puta iuſticie tunc ab illo poteſt retrahi per vo
luptates ⁊ generaliter per ea que delectant puta p t
temperantiam vel munera poteſt etiā retrahi per cō
minationes ⁊ cruciatus corporis ⁊ cōſtat ꝙ cruciat⁹
⁊ dampna rerum multo vehementius retrahunt ab
hmōi bono opere ꝙ̄ blanditie vel alia que cōcupiſcū
tur a nobis. Ex quo contra Thomam infertur ꝙ de Tho. 2.
lectationes tactus non plus retrahunt a bono ꝙ̄ ad 2. q̄ſt. 136
uerſa circa que eſt pacientia. Ego enim vt in plurib⁹ articulo.
credo contingere ꝙ cum quis temptat̄ deſerere bo- E
num aliquod tā per aduerſa ꝙ̄ per blandimēta mul
to vehementius ⁊ violentius temptatur per aduer-
ſa ꝙ̄ per proſpera. quod ſic probatur nam omnium
vulgata vox ac ſententia eſt ꝙ q̇s pōt rationabiliter
omittere bonum etiam magnum ad quod tenebatur
etiam facere malum quod erat ſibi ꝓhibitum ſi aſſit
timor ꝓbabilis cadens in conſtantem virum ⁊ tamē
nullus diceret ꝙ hec eadem poteſt ꝓpter concupiſcē-
ciam vel propter delectationem guſtus et tactus nec
etiam propter vtile ergo ſignum eſt ꝙ temptatio et
retractio a bono per aduerſa eſt multo efficatior et
violentior ꝙ̄ per proſpera et delectabilia. Sunt ta-
men attendende varie hominum complexiones ⁊ di

uerſi mores ſm quos alii uni paſſioni alii vero alteri facilius ſuccumbunt. Et ideo quod dictum eſt ſecūdum naturam ipſarum paſſionum intelligendum ē que ſi paſſiones in vno impediri pōt ⁊ in alio adiuuari. ¶ Nona concluſio: paciētia ē perfectior iuſticia probatur melius eſt eſſe pacientem ⁊ carere iuſticia ꝙ eſſe iuſtum ⁊ carere paciencia ergo paciencia melior eſt ꝙ iuſticia: conſequentia tenet quia ſi iuſticia ē melior ꝙ paciencia tunc carere iuſticia erit deterius ꝙ carere paciencia ergo aggregatum ex paciencia et carentia iuſticie erit compoſitum ex minori bono et maiori malo ⁊ aggregatum ex iuſticia ⁊ carentia paciencie erit aggregatū ex maiori bono et minori malo ergo nō erit melius eſſe paciētem ⁊ carere iuſticia ꝙ eſſe iuſtum et carere paciencia quod eſt oppoſitum añtis. q ſi dicatur ꝙ iuſticia eſt eque bona ſicut paciencia idem omnino ſequit. et antecedens ꝓbatur quia qui eſt paciens et caret iuſticia habet paciētiā et ē diſpoſitus ad iuſticiā ⁊ ad māſuetudinē ⁊ oēm honeſtā cōmunicatione q vero habet iuſticiā nō ſtē diſpoſit⁹ ad pacientiā cū multi iuſti ſūt in aduerſis impaciētiſſimi. et hic loquor de iuſticia ad ꝓximū et nō de iuſticia ad deū que inclinat ad omniū mandatoꝝ obſeruantiā. Scdo qui habet iuſticiā et caret paciencia nō eſt diſpoſitus ad vllam ꝟtutem ſm gradum ꝯſeuerātie niſi pmo inclinetur per iuſticiam ſuā ad actū paciencie. ſed qui habet pacientiā etiā ſine iuſticia diſpoſitus eſt ad omnē virtutem ſm gradum ꝯſeuerantie igitur. ¶ Decima concluſio. Paciencia eſt ꝟtus int omnes ad excellentem in omni gradu virtutis faciēdum virum aptiſſima et ad vitā humanā gerendam conuenientiſſima. Ego tamen non volo hic comparare pacientiā ad humilitatē qꝛ de hac ꝯparatiōe poſt ea ageē ſed potius eā cōiūgo cū paciencia. ꝓbat iſta

Cicero. cōcluſio pmo auctoritate Ciceronis pmo de officiis qui cū enumeraſſet duas res in quib⁹ maxime cernit fortis ⁊ magn⁹ anim⁹ quarū vna i rerū externaꝝ deſpicentia ponitur. Altera in gerendis magnis ⁊ maxime vtilibus reb⁹. Statim poſt ſubiūgit. Earū duarum rerū ſplendor omnis amplitudo eſt. addo etiam vtilitatem in poſteriore. Et ſequitur cauſa autem ⁊ rō eſt efficiens magnos viros in priore In eo enī eſt illud quod excellentes animos ⁊ hūana cōtēpnētes facit. Et paulopoſt Nā ⁊ ea que eximiis pleriſq ⁊ preclara videtur parua ducere, eaq rōe ſtabili firmaq contēnere fortis animi magniq dicendum eſt. Et ſequit et ea que videnē acerba que multa et varia in hominū vita fortunaq verſantur ita ferre vt nichil a ſtatu nature diſcedas nichil a dignitate ſapientis robuſti animi eſt magne que conſtantie. Et ſequitur ad ꝓbationem cōcluſionis hui⁹ ⁊ octaue non eſt autē conſentaneū qui metu nō frāgitur non frangi cupiditate nec qui inuictum ſe a labore preſtiterit vinci a voluptate. Eandē ſententiā frequenter repetit. Secundo probatur auctori

Ciprianus tate. Cipriani epiſtola xviii. dicētis nec inuenio fratres dilectiſſimi inter ceteras celeſtis diſciplīne vias quib⁹ ad cōſequenda fidei ac ſpei nr̄e pmia dirigimur qō magis ſit vel vtilius ad vitam vel maius ad gl'iam ꝙ q pceptis dominicis obſequiorū ac deuotiōis innitimur patiētiā maxie tota obſeruatiōe tueamur. Tertio hec ꝟtus maxie reddit hominem ſimile deo igit eſt ad hūanā vitā gerendā conuenientiſſia añs ꝓbat nā inter oēs ꝟtutes maxime elucet in deo patiētia, nā cū totiēs ⁊ tā grauit offēdat ab hoib⁹ etiā p ſacrilegā ydolatriā nō ſi deſūt bñficia ſua tā bonis ꝙ mal' coiter largiri ⁊ mauult tollerādo patient' nos ꝯuerti ꝙ iuſticie ſue ſeueritatē in nos exercere vt pꝫ p illō Apo. an nō opulētiam bonitatis ei⁹ ⁊ ſuſtētatiōis ⁊ lōganimitatꝭ ꝯtēnis ignorans qm̄ patientia ⁊ bonitas dei ad penitentiam te adducit. tu autē ſcōm duriciā tuā et cor impenitens theſaurizas tibi irā in die ire ⁊ reuelationis iuſti iudicii dei qui reddet vnicuiq ſcōm opera ſua ⁊c. ſcdo probeē idem añs nā datis preceptis ſalutis ⁊ maxime de dilectione inimici ſubiunxit ſtatim chriſtus. eſtote itaq vos pfecti ſicut pater vr̄ celeſtis perfectus eſt et hanc ſimilitudinē dicit eſſe in hoc ꝙ diligimus eos q oderūt nos diligere aūt odientes nos nō niſi p patientiā fieri pōt. Tertio ꝟt⁹ patientie maxime fulſit in chriſto ⁊ per eā maxime expreſſit mirabilia iudicia ꝙ in eo eſſet diuina maieſtatis igitur. añs ꝓbatur nā p patientiā deſcendit de illa ſublimitate celeſti ad terrena, carnē hominis induit ⁊ innocens ipſe chꝛs' aliena pctā portauit, baptiſaē a ſeruo, eſuriit, ſitit, temptatur, apl'oꝝ pedes lauat, ꝓditorē ſuſtinuit, pauit ⁊ oſculat⁹ eſt iudeos inimicos ſuos fouit a qb⁹ ꝯtumelias ſputa flagella crucifixionē poculum aceti falſa teſtimonia ⁊ tādē mortē patiētiſſime tollerauit poſtꝙ tanta ſcelera illis eccleſiā ſuā aptā reliquit. Quarto pſtriarche ⁊ ꝓphete et iuſti oēs q figurā xp̄i gerebant nul-

In qbus floruit patientia. lam ꝟtutē magis coluerūt ꝙ patientiā, nā abel patienter tulit mortē a frē illatā et Abraham in oblatione filii mira patientia diuino precepto obſequitur et yſaac filius qm̄ offertur domino mirabiliter patiens fuit floruit in Jacob patientia cū fugebaē a fratre in ioſephum a fratribus venūdatus eſt ⁊ relegatus in moyſe cū ab ingrato populo cōtēnit et quaſi lapidatur. In Dauid cū eum ſaul pſequit quē traditum ſibi noluit occidere ⁊ in occiſorē eius vultus eſt. In tot ꝓphetis ⁊ martyribus q pro xp̄o interfecti ſunt. Quito nos lege diuia ita naſcimur in hoc mūdo vt maxime preſſuris ⁊ cōflictationib⁹ laboreus ꝙ patientia eſt ad vitā hūanā gerendā maxime accomoda. añs ꝓbatur p illud Geneſis. quia audiſti vocē mulieris tue ⁊ manducaſti ex illa arbore de qua ſola preceperā tibi ne manducares maledicta terra erit in oibus operib⁹ tuis, in triſticia et gemitu edes et ea oib⁹ dieb⁹ vite tue ſpinas et tribulos eiciet et edes pabulū agri: i ſudore vult⁹ tui edes panē tuū donec reuertaris in terrā de qua ſūptus es quia terra es et in terram ibis. Et hec ſententia declaratur in omnib⁹ hoibus quorū initiū vite eſt cū lacrimis ⁊ pceſſus et exitus cum gemitu dolore ⁊ anxietate ſed iſtis difficultatibus ⁊ anxietatibus vite per nichil eque bene ſubueniri poteſt ſicut p patientiētiā igitur. Confirmat per illud xp̄i hec locutus ſū vobis vt in me pacē habeatis, in ſeculo aūt preſſurā habebitis ſed fidite qm̄ ego vici mūdū. Ex quo ſic aē xp̄s apoſtolos ſuos et eos qs deſtinauit ad maiora bona ſpiritualia vt ad ſeminandum fidē et plantādū eccleſiam maxime innuit per patientiam ⁊ eis preſſuras ⁊ tribulationes q̄s paſſuri ſunt predicit vt contra hec omnia animum per patientie virtutem confirment ergo patientia ad excellentem in omni virtute gradum conſequendum maxime idonea eſt. Sexto patientia eſt maxime accommoda ad fructum fidei ⁊ ſpei conſequendum et ad caritatis officia exercendū igitur. antecedens ꝓbatur de fide et ſpe fructus fidei ⁊ ſpei eſt viſio et fruitio ſed viſionem et fruitionem per patientiā expectamus quia ꝙ nō videmus et ſperamus

Paulus id patienter expectamus. De caritate probatur per apoſtolum qui et inter cetera patientiam coniunxit. Caritas inquit magnanima eſt, caritas benigna eſt, caritas non emulatur, caritas nō inflatur non irritatur non cogitat malū omnia diligit oīa

credit omnia ſperat omnia ſuſtinet vbi apōſtolus/
enumeratis multis que ſunt effectus mediati pati
entie ſcꝫ benignum eſſe nō emulari non inflari nō ir
ritari non cogitare malū tandē ꝓpꝛiū actus eiꝰ ex
plicat mediante quo cauſa eſt pꝛedictoꝝ cum dicit
caritas omnia ſuſtinet. ¶ Confirmatur illud qḋ eſt
potiſſima cauſa perſeuerandi in caritate eſt aptiſ
ſimū ad vitam humanā honeſte tranſigendā: ſꝫ pa
tientia eſt potiſſima cauſa perſeuerandi in carita-
te igitur. minoꝛ pꝛobatur ex apoſto. qui ait. ſuſtinē
tes inuicē in dilectione ſatis agētes ſeruare vnita
Cipꝛianus tem ſpiritus in cōiunctiōe pacis vbi oſtendit ſm Ci
pꝛianū apoſ. nec veritatem ſeruari poſſe nec pacem
niſi ſe inuicē fratres mutua tollerantia foueant et
concoꝛdie vinculū patientia intercedente cuſtodiāt
hec Cipꝛianus Septimo illud qḋ eſt max e idoneū
ad implenda p̄cepta ꝛ ꝯſilia amplectenda eſt aptiſ
ſimū ad vitā humanā honeſte pagendā ſed patiētia
eſt huiuſmōi igř. nam ſi habemꝰ patientiā neq꜓ iura
mus neq꜓ maledicimꝰ q̄ ad p̄cepta ptinent nec abla
ta repetimus ꝛ alapā tradenti alterā maxillā p̄be-
mus fratri in nos peccanti nō ſolū ſepties oīa di-
mittimꝰ diligimꝰ inimicos nr̄os ꝓ aduerſariis p̄-
ces fundimꝰ q̄ facere nō poſſumus ſine patientie v̄-
tute. hoc eñ fecit Stephanus cū dicebat. dn̄e ne ſta
tuas illis hoc pctm̄ qui in hoc fuit dn̄ice leuitatis ꝛ
patientie imitatoꝛ. Octauo habita patientia care
mus iris diſcoꝛdiis ꝛ ſimultatibus et ſi inſurgere tē
tauerint ſtatim ꝑ patientiā excutiētur/ ſed hec vitia
marie debent eſſe a xp̄iano aliena vt domiciliū pa
cificū pſeueret in mēte noſtra ſm illud oīa amaritu
tudo ꝛ ira ꝛ indignatio ꝛ clamoꝛ ꝛ blaſphemia au
ferant a vobis igitur. Nono nichil vtiliꝰ eſt uobis
contra varia incōmoda ꝛ infirmitates ꝛ duros cru
ciatus coꝛpoꝛis patientia ſed his incōmodis genꝰ
humanū aſſidue fatigatur. ḡ ad vitam humanā trā
ſigendā nichil eſt vtilius patientia. minoꝛem ꝓbat
quia ex peccato hominis non ſolū perdita eſt im
moꝛtalitas ſed etiam firmitas coꝛpis: ḡ ſemꝑ luctā
dum eſt et cōgrediendū eſt cū rebus aduerſis. ¶ De
Job. cimo ad iuſticiam hominis examinādā ꝛ ꝓbandaꝫ
nichil efficacius ē patientia qꝛ patientia hōꝓbat ſi
cut aurū ꝛ argentū igne. et Job hac virtute patien
tie examinatus et ꝓbatus ad ſūmum laudis culmen
erectus eſt. Examinatus eſt eñ in ſanitate in diui-
tiis in pignoꝛibus in amicis quas oēs tētationes
victrice patientia ſupauit. ſed hoc exāmē ꝛ hec per
aduerſitates ꝓbatio eſt in hoibꝰ frequētiſſima. nā
Job vt dictū eſt his tentatus eſt et Thobias pocu-
thobias. loꝝ amiſſione. Undecimo impatientia eſt malum q̄
maxime nociuū et ꝯͣriū humane vite igitur patiētia
virtus eſt q̄ maxime ad humanā vitam vtilis. aſſꝰ
ꝓbat Cypꝛianus/ nā diabolus impatiēter tulit ho
minē factū eſſe ad imaginē dei vñ et periit pꝛius et
ꝑdidit/ ꝛ adam qꝛ cōtra p̄ceptū diuinū ſ in īpatiēs
cibi ſiue pomi moꝛtiferi in moꝛtē cecidit. Chaim per
Mala q̄ impotentiā muneris fratris fratrē pemit. Eſau ꝑ
cōſequūt impatientiā lentis pͥmogeniturā amiſit. Judaicus
ipſā īpa- populꝰ per impatiētie crimē a deo vero receſſit/ ꝓ
tientiam phetas ꝛ iuſtos ſuos quoq꜓ pemit. Per impatiētiā
fuit heretici in eccleſia ꝛ compellit eos ad odia ho
ſtilia et furioſa igitur. Iſtis rōnibus quas poſt ſe-
cūdā poſui p̄dictā cōcluſionē Cipꝛianus diffuſe ad
modū pꝛobat epiſtola. xviii. q̄a epilogādo his pau
cis verbis cōpꝛehendit. patiētia eſt que nos deo re
cōmēdat ꝛ ſeruat ipa eſt q̄ irā tēperat que linguaꝫ
frenat mentē gubernat pacē cuſtodit diſciplinā re-
git libidinis impetū frangit timoꝛis violentiā cō-
pꝛimit incendiū ſimultatis. extinguit coercet poten
tiam diuitū inopiā pauperū refouet/ tuetur in vir-
ginibus beatā integritatē in vidua laborioſā caſti
tatē/ in cōiunctis ꝛ maritatis indiuiduā caritatē fa-
cit humiles in pꝛoſperis et in aduerſis fortes et cō
tra iniurias ꝛ cōtumelias mites docet delinquen-
tibus cito ignoſcere ſi ipſe delinquas diu ꝛ multū
rogare tentationes expugnat pſecutiones tolerat
paſſiōes ꝛ martiria cōſūmat ipa eſt que incremēta
ſpei ſublimiter ꝓuehit ipſa actum dirigit vt tenere
poſſumꝰ viā xp̄i dn̄i ꝑ eius tollerātiā gradimur ipa
efficit vt pſeueremꝰ filii dei dn̄i. patientiam patris ī
mitamur. Hec Cipꝛianus quibus nichil lucidiꝰ eſſe
poteſt ad concluſionē ſupꝛapoſitā ꝓbandā. Ad hec
aūt oīa exponēda et intelligenda neceſſe eſt ad me-
moꝛiā reuocare varios illos modos q̄s ſupꝛa po-
ſuimus de effectibꝰ ꝛ actibꝰ alicuiꝰ hitꝰ. nā aliquos
hoꝝ actuū cauſat īmediate patiētia. alios v̄o medi
ante actu ſuo ꝓpꝛio ſicut ſupꝛa diffuſius declaratū
eſt Duodecio ař ꝑ illud Jacobi pꝛio patiētia opus Tho. 2.2 q̄ſti .136. arti. pͥmo
pfectū hꝫ. Sꝫ ad hoc rn̄det btūs Thomas q̄ patiē-
tia dicit habere opꝰ pfectū nō ſimpliciter ſꝫ in ad-
uerſis tollerandis. Ex quibꝰ pꝛimo ꝓcedit triſtitia
quam moderat patientia. ſcḋo ira quā moderatur
māſuetudo. tertio odiū quod tollit caritas. quar-
to iniuſtū nocumentū quod tollit iuſticia tollere au-
tem p̄ncipiū vniuſcuiuſq꜓ eſt pfectius non tamē ſequi
tur pꝛopter hoc q̄ patientia ſit ſimpliciter perfectioꝛ
ego nō multū curo de oꝛdine hic poſito inter triſtitiā
iram ꝛ odiū ꝛ iniuſtū nocumentū qui tamen non vi-
detur bene poſitus. Nam cum ira ſit appetitus vin-
dicte et per conſequēs nocumenti iniuſti ira ſine quo
cūq꜓ medio fert in iniuſtū nocumētum ſꝫ ex hac ſolutio
ne Tho. arguo ſic ē multo difficiliꝰ recte ſe hēre cir-
ca aduerſa in tota vita hūana q̄ circa pſpera: ſꝫ i ad ꝯͣ Tho. omnī
uerſis tollerandꝭ patiētia ē pfectioꝛ ceteris vt decla
rat ipe Tho. maioꝛ ꝓbatur tū qꝛ aduerſa frequētius
multo ꝯtingūt q̄ ꝓſpera. tū qꝛ in ipſis ꝓſperis mul-
ta aduerſa ꝯtingūt l carendo in acq̄rendo ſeruādo ꝛ
vtendo in ipſo motu quē faciunt in animum tēptan-
do ꝛ alliciendo in odia ꝛ inimicitias q̄ occaſione eoꝝ
oꝛiunt in quibus omnibus opus ē pacientia. minoꝛ
pꝛobatur. Tum ex ipſo Tho. Tum quia habita pa-
cientia nec triſticia habet nec ira nec odiū nec iniuſtū
nocumentū inferimus habita vero iuſticia adhuc ha
bet odium ira ꝛ triſticia. habita caritate adhuc habe
tur ira ꝛ triſticia habita vero māſuetudine adhuc ha
betur triſticia. quod autē dixi de caritate itelligo q̄-
tū eſt ex natura habitus ꝛ non q̄tū eſt ex inſtitutione
cauſe pͥme iſtituētis caritatē eſſe cuiuſcū q꜓ peccato moꝛ
tali incōpoſſibilē ¶ Confirmat q̄cquid habet opꝰ ita
perfectum et habens ipm in nullo deficiat eſt pfectiſ
ſimū ſimpliciter. ſed paciētia ſic hꝫ opꝰ perfectum q̄
habens ipm in nullo deficit ergo ſimplicit ꝛ vniuer-
ſaliter eſt pfectioꝛ virtus. maioꝛ ꝓbat quia ſi aliqua
alia v̄tus ſit pfectioꝛ tūc ea non habita licet habe-
mus patientiam et opus eius adhuc deficiemus i ali
quo ſcꝫ in opere illius virtutis pfectioris. ꝛ minoꝛ ex-
pꝛeſſe habetur in textu beati Jacobi vbi allegatus ē
paſſus. ¶ Decimo tercio arguit ꝑ illud Luce. xxi. In
pacientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. ¶ Sꝫ Tho. vt ſupꝛa.
ad hoc reſpondet beatꝰ Thomas q̄ per pacientiaꝫ
dicimur poſſidere animas noſtras in q̄tum ipſa ra-
dicitus euellit paſſiones aduerſitatū. ¶ Contra hāc
ſolutionem arguitur ſimiliter vt pꝛius ſit aliqua vir
tus perfectioꝛ pacientis etiam circa pꝛoſpera ea nō
habita non poſſidemus animas noſtras ſed habita
pacientia poſſidemꝰ animas noſtras vt declarat ibi
dem Thomas ergo nulla ē v̄tus pfectioꝛ pacientia.
maioꝛ ptꝫ qꝛ poſſeſſio importat q̄ddā dominiū ſed qui
caret aliqua v̄tute pfectioꝛe paciētia nō hꝫ q̄ddam do
miniū ſup aīam ſuā nec mouet eā vt vult ſ. in iudiciis

rationis igitur. ¶ Decimo quarto ſcdm Gregoriū in
quadā omelia patiētia eſt radix ⁊ cuſtos oīm virtutū
idcirco inq̄t in omelia de martyribus poſſeſſio alei
virtute patiētie ponit̄ q̄a radix et cuſtos oīm virtutū
eſt patiētia. Et hugo de clauſtro aie dicit eā baſē vir-
tu͡t. i. ſicut baſe ſuppoſite colūnis materialibus por
tauit edificii pondus ſic patiētie virtus edificii ſpiri-
tualis ſuſtinet onus ergo eſt maxima virtutū. ¶ Re-
Tho. vbi ſupra. ſpondet thomas q̄ eſt radix oīm virtutū nō eas dire
cte efficiendo ſed ſolū remouēdo ꝓhibens. ¶ Contra
hoc arguit̄ volo q̄ aliquis habeat patiētiā ꝑfectā et
noticiā agendorū ⁊ careat oīm alia virtute. Tūc ſic ta
lis recte aget in materia illi⁹ virtutis quā nō habet
quod ꝓbatur q2 nō peccabit in materia iuſticie niſi
aut odio aut amore aut aliqua cōſimili paſſione. Si
odio tunc peccat q2 non pōt ferre ꝓſperitatē eius quē
odit. Si odio vel cupiditate tunc peccat q2 nō poteſt
ferre aduerſitatē ſuam vel amici. Et eodem modo ar
gueretur de aliis affectiōibus in manſuetudine pec-
cabit q2 non pōt ferre paruipēſiones in fortitudine:
q2 non pōt ferre dura ſ͡t ꝑ timorē. Si vero per auda-
ciam q2 non poteſt ferre dilationē conflictus vel glo
rie vel prede. In temperātia q2 non poteſt ferre abſē-
tiam voluptatū vel preſentiā triſticiarū guſtus ⁊ ta-
ctus. non dico tamē q̄ circa oēs virtutes patientia
ſe habeat effectiue. Sed verū eſt q̄ circa aliquas tm̄
remotū ꝓhibens quo remoto voluntas a ratiōe dire-
cta cauſat opus in aliis autē cauſat opus mediante
actu ſuo elicito. hoc autē ſcilz reſpectu oīm aliarū vir
tutum a ſe. ſe habere radicaliter vel remouēdo pro-
hibens vel effectiue cauſando nulli alteri virtuti mo-
rali conuenit ideo patientia eſt ceteris ad vitā huma
nam trāſigendā accomodatior. ¶ Sed cōtra octauā
concluſionē arguit̄ ſic appetitus deordinatus dele-
ctationū eſt turpior et nociuior q̄ impatiētia ergo t
temperātia eſt ꝑfectior q̄ patientia cōſequētia illa vi
detur tenere ex Ar. ſecundo priorū vbi dicit qd̄ ma-
ius eſt maiori opponitur. Et ans̄ ꝓbatur q2 concupi
ſcentia eſt deterior ira. ſed ira eſt deterior impatien-
tia cum ira preter īpatientiā addat appetitū vindicte
igitur. q̄ autem concupiſcentia ſit turpior ⁊ nociuior
ira habet. Ar. ſeptimo ethicorū ⁊ ꝓbat multipliciter
Tum q2 iratus aliqualiter obedit rationi ⁊ aliquali
ter aduerſat̄ concupiſcens vero nullo modo obedit.
Tum q2 ira eſt magis naturalis et difficilior cōcupi
ſcentia maxime ſuꝑabūdātibus ⁊ nō neceſſariis Tū
q2 operātes ꝑ ↄcupiſcētiā ſunt magis inſidiatores,
operātes vero ꝑ iram magis apti et manifeſti quod
per illud quod venerē vocant doloſam cyprigenam ⁊
tribuunt ei corrigiā variam. et Homerus vocat dece
ptionem que furata eſt itellectū ſpiſſe ſapiētis. ¶ Ad
hanc rationē reſpōdet̄ negādo ↄſequētiā. et ad ꝓba
tionem dicitur q̄ aliquid dicit̄ oppoſitū dupliciter.

h Aliud opponit̄ alteri dupliciter.

Uno modo priuatiue vel negatiue ⁊ ſic cōcedo q̄ illud
quod maius eſt maiori opponit̄ q2 quanto aliqd eſt
melius tanto priuatio eius eſt deterior. deterius enī
eſt priuari maiori bono q̄ minore ⁊ ideo carētia pa
tientie deterior q̄ carētia tēperātie. Alio modo ali-
quid dicitur opponi maiori contrarie et tunc negat̄
q̄ oppoſitum maiori bono ſemꝑ ſit deterius. nā ma-
gnanimitas eſt excellētior virtus q̄ affabilitas et tm̄
puſillanimitas nō eſt deterius viciū laſciuis adula-
tione contētiōe ſiue litigio et diſcolia. Similiter mā
ſuetudo eſt excellentior virtus eutrapelia ⁊ tamen in
ſenſibilitas non eſt deterior ſcurrilitate ⁊ deriſione
Cum hiis tamen ſtat q̄ carentia patiētie eſt deterior
q̄ carentia temperātie. nolo tamē dicere vniuerſaliter
q̄ ſi aliqua virtus vel perfectio ſit maior altera q̄ pri-
uatio maioris ſit deterior priuatiōe minoris hoc enī
eſt falſum in ꝑfectiōibus quarū vna includit alteram ſi
cut bene eſſe includit eſſe. in hiis enim priuatio minoris
ſemꝑ includit priuationē maioris et ita priuatio mi
noris eſt deterior vt deterius eſt non eſſe q̄ nō bn̄ eſſe
q2 non eſſe infert non bene eſſe. quia tamen iſta latio
rem declarationē requirit, ideo pro nunc ſupſedeo:
ſatis eſt pro nūc intelligere q̄ illa ꝓpoſitio Ar. nec i
oppoſitis cōtrariis nec in priuatiue oppoſitis ſit vni
uerſaliter vera. ¶ Contra nonā concluſionē arguit̄ ſic
iuſticia eſt preclariſſima virtutū ergo patiētia nō eſt
perfectior iuſticia. ans̄ ꝓbatur per Ar. quinto ethi-
corum dicentem ipſa quidem igitur iuſticia virtus eſt
perfecta ſed non ſimpliciter ſed ad alterū ⁊ propter
hoc multotiens preclariſſima virtutū eſſe videtur iu-
ſticia. et neq3 heſperus neq3 lucifer ita admirabilis.
¶ Ad hanc rationē reſpōdet̄ q̄ Ar. ibi cōparat iuſti
ciam ad virtutes que ſunt ad alterū non ad oēs ſim

y Juſticia inter virtutes q̄ ſūt ad alterū ē potiſſima

pliciter ideo cōcedo q̄ inter virtutes que ſunt ad alte
rum et non ad ſe iuſticia eſt ꝑclariſſima ⁊ maxime ne
ceſſaria ad conſeruandā policiā cum quo ſtat q̄ pati
entia que eſt virtus ad ſe. i. ad regimen habentis vti-
lis ac neceſſaria ſit ꝑfectior iuſticia. nā ſi haberet̄ pa
tiētia ſcdm oēs gradus ſuos nō eēt multū op⁹ iuſti-
cia habita etiā iuſticia ſcdm oēm gradū ſuum adhuc
multū egemus patiētia q2 q̄uis nō moueamur ꝑ iu-
ſticiam ad retinendū quod ē alterius. poſſum⁹ tamē
per impatientiam moueri ſi priuemur ꝓpriis vel ad
uerſis afficiamur. ¶ Secūdo arguitur ad idē aggre
gatum ex iuſticia et impatientia eſt melius q̄ aggre
gatum ex patientia et iniuſticia melius eſt enim eſſe
iuſtū et impatientē q̄ eſſe patientē ⁊ iniuſtū ergo iuſti-
cia eſt melior patiētia. ↄña iſta tenet per regulā Ar.
de eligibilitate et fuga quā ponit libro priorū. ¶ Ad
hanc rationē reſpōdet̄ negādo ans̄ ſi impatiens ⁊ in
iuſtum ſumant̄ negatiue aut priuatiue melius eſt enī
habere patientiā ⁊ eſſe iniuſtū q̄ habere iuſticiā ⁊ ca
rere patiētia. Si autē ſumant̄ poſitiue ⁊ contrarie cō
cedo ans̄ et nego ↄñam. et ad ꝓbationē dico q̄ regu-
lam ſuam. Ar. intellexit de oppoſitis cōtradictorie
aut priuatiue et nō de oppoſitis ↄtrarie vt patet per
exemplum ſuum quia enim inquit melius eſt velle be
nefacere et non facere q̄ facere bene ⁊ non velle ideo
velle benefacere eſt melius q̄ benefacere vbi clare
patet q̄ ipſe accipit oppoſita contradictorie ⁊ nō
contrarie. ¶ Contra vltimam concluſionem argui
tur ſic in aliquibus rōnibus eius ſumitur pacien-
tia primo ⁊ ſecūdo modis i aliquibus quarto mō
in paucis vero tertio modo ⁊ in aliquib⁹ etiā extē
ſius q̄ ſint acceptiones ſuprapoſite vt cū carentia
voluptatū et delectationum et generaliter eorum
que placent dicitur ꝑtinere ad pacientiam ergo ex
illis non pōt cōcludi q̄ pacientia tertii generis ſit
ad vitam humanam tranſigendam aptiſſima.
¶ Ad hanc rationem reſpondetur cōcedēdo ans̄ et
negando ↄñam: q2 patientia tertii generis diſpo-
ponit ad omnes modos patientie: nam qui didicit
tollerare aduerſa equanimiter diſpoſit⁹ vt equa-
nimiter ſe habeat ad omniū aduerſorum et triſticiarum
equanimem tollerantiā et ita diſpoſitus eſt vt tol-
leret labores ⁊ triſticias que cōtingunt in magnis
periculis in magnis adminiſtrationibus in opera
tionibus difficilibus in flagellis diuinis et proba
tione ac examinatione et etiam in carentiis rerum
concupiſcabilium ¶ Ad rationem ante oppoſitum
reſpondetur q̄ patientia non eſt vnum genus vir-
tutum cardinalium, ſed eſt contenta ſub altera ea-
rum ſcz ſub fortitudine et enumeratur iter eas illa
enumeratione qua ſpecies enumerata genere ſuo
enumerari dicitur.

Q Ueritur: vtrum equanimis
temptationū tollerātia ad patiētiā ptine
at. Arguit φ ſic oīs eq̄nimis tollerātia rei
moleſte nobis ē patiētia ſʒ eq̄nimis tollerātia tēpta
tiōis ē hmōi igit. ¶ In oppoſitum arguit qꝛ tollerā
tia tēptationis ptinet ad virtutē illam contra quam
tēptamur ſed multotiēs temptamur contra aliā vir-
R tutem φ̄ contra patientiā igitur. ¶ Notandū φ quiſ-
Spēs pa demvolunt φ patientie generaliter accepte ſūt quat
tiētie. tuoꝛ ſpecies vna eſt rei indifferentis cū ſcʒ aliquid pa
ti poſſumus ꝛ virtuoſe et vicioſe vt cū quis patit ſupe
rioꝛe lauare ſibi pedes. Et hanc dicunt indifferentē.
Alia eſt patiētia culpabilis qua ea patimur que nō
ſunt patienda, vt cum patimur vicina creſcere in proxi
mis que exterminare tenemur. Tertia eſt patiētia di
ſciplinē, vt cum maioꝛū et preceptoꝛū noſtroꝝ incre-
pationes et flagellatiōes equanimiter ſuſtinem⁹. Se
cundū illud qui odit increpationes odit animā ſuam
Et ait Paulus ad hebreos quis filius quem nō coꝛ-
ripit pater φ ſi extra diſciplinā eſtis ergo adulteri ꝛ
Hieroni- non filii eſtis. Et hieronim⁹ ait radices diſciplie ama
mus. ri ſunt fructus autē dulciſſimi. Quarta eſt patientia
rei adverſe: hanc eni quadruplicem ponūt patimur
eni res adverſas interdū a deo interdū a diabolo in
terdum ab homine interdum a nobiſmetipſis, a deo
flagella patimur a diabolo tēptationes, ab homine
pſecutiones, a nobis voluntarias caſtigationes. Ad
hoc autē φ flagella dei patienter feramus quattuoꝛ
requiruntur primum vt non murmuremus. ſecundū
vt nos accuſemus et deum iuſtificemus. tertiū φ emē
demur. Quartum φ miniſtro non indigemus de tē-
ptationibus dicunt φ eas tollerare debemus et non
oꝛare vt auferantur a nobis ſed eas vincere ꝛ ſupera
re non conſentiendo. res autem adverſas ſiue ab ex-
traneis ſiue a proximis inferantur ſic tollerare debe
mus vt nec manu nec oꝛe nec coꝛde contra inferentes
moueamur. φ ſi quis poſſit non reddere iniuriā pro
iniuria magna patientia eſt, ſi poſſit non redde-
re pro iniuria cōtumeliā maioꝛ patientia eſt. Si poſ
ſit nō reddere irām pro iniuria maxima addunt φ i
iniuriis pſequentiū nos patientiā habere debem⁹ p-
pter tres cauſas. Prima eſt ne dei oꝛdinationi reſi-
ſtamus. Secūda ne officiū dei preſumamus. Tertia
ne occulto temptatoꝛi cōſentiam⁹ hec pro magna pte
falſa ſunt et ſibi cōtradicentia. Et ideo contra predi
ꝯ quoſdā cta ponunt alique ppoſitiones. Prima eſt nulla vi-
cioſa tollerantia eſt patiētia. pbatur qꝛ ſcdm philo
ſophos et ſanctos patientia φ̄tūcunq generalit ac-
cipiatur ſemp eſt nomen virtutis, et licet ſancti et phi
loſophi vtantur noīe paſſionis ad ſignificandū tolle
rantias indifferētes vel culpabiles nō tamē noīe pa
tientie niſi aliqd addant per quod alienant terminū
a ſignificatiōe ſua, et exemplū de lotione pedū eſt oī-
no ineptū necvnφ̄ aliquis fuit qui circa hoc patiētiā
poneret. ex quo patet φ prima et ſcda ſpecies nō ſūt
ſpecies patientie ex quo vlterius infert φ diuiſio pa
tientie ibi poſita eſt omnino inutilis: tum qꝛ enume-
rat que nō ſunt enumerāda: tum qꝛ tacet que non fue
rant tacenda vt patet in modis patientie ſupra poſi
tis. ¶ Scda ppoſitio diuiſio poſita de paſſione rerū
adverſarum non eſt bona pbatur qꝛ aut intelligit φ
patimur a deo imediate tantū et tunc diuiſio eſt om
nino inſufficiens, nam cum coꝛruit noſtra dom⁹ aut
inundatione fluminis meſſis. deſtruit patimur rem
adverſam et tamen nō a nobiſipſis nec ab hoīe nec
a diabolo nec a deo. cum hoc deus nō agat ſine cau-
ſa ſcda. Si mediate vel imediate tunc oīa patimur a
deo, tum ſcdo qꝛ flagella nō ſolum a deo patimur ſʒ

ab hoībus ꝛ a demonibus, nec ſolū temptationes a
demonib⁹ ſed ab homib⁹ et a nobis ipſis et a reb⁹
oīb⁹ que affectū mouere poſſunt patimur. ¶ Tertia p
poſitio Ad patientiā nō exigitur accuſatio noſtri nec
iuſtificatio dei. ptʒ qꝛ hec nō ſunt act⁹ patiētie ſʒ alia
rū virtutū niſi eomō quo ſupra dictū eſt cū ſcʒ aliqua
virtus mediāte actu ſuo elicito inclinat ad id per qd
cōſeruari pōt. nā p actū ſe accuſādi ꝛ iuſtificādi deum
ꝯſeruat patiētia nec requirit etiā emēdatio moꝝ ad
hoc φ actus aliqs ſit patiētia licet patientiā noſtraʒ
quā habemus in flagellis diuinis pferendā oꝛdina-
re debeam⁹ ad emēdationē moꝝ. ¶ Quarta ppoſi-
tio ad patiēter tollerādū res adverſas non ſufficit φ
nec manu nec oꝛe nec coꝛde contra inferentē mouea-
mur. ptʒ qꝛ iſta ptinent ad māſuetudinē ꝛ non ad pa
tientiā. tū ſcdo qꝛ ſtat aliquē habere oſſia iſta et eſſe
impatientē qꝛ licet nec manu nec oꝛe nec coꝛde contra
inferentem moueamur ita tamē apud ſe pturbatur ꝛ
afficitur triſticia vt deiciat animo a dignitate ſua ꝛ
deſerat multa bona opera quibus vel icumbebat vel
incumbere tendebat. ¶ Quinta ppoſitio non ideo qs
eſt patiens qꝛ pro iniuria non reddit iniuriā nec ideo
eſt patiens qꝛ pro iniuria nec iniuriā nec cōtumeliaʒ
nec iram reddit. pbatur prima pars et ſcda qꝛ null⁹
pro iniuria reddēs ꝯtumeliā aut iram eſt patiēs: ſed
ſtat aliquē nō reddere pro iniuria iniuriā ꝛ tamē red-
dere iram et ꝯtumeliā ꝛ ſimiliter ſtat aliquē non red
dere pro iniuria contumeliā et tñ reddere iram id eſt
appetitum vindicte igitur. tertia pars probatur qa
ſtat aliquē non inferentē pro iniuria nec iniuriā nec cō
tumeliā nec iram eſſe impatientē: ergo non eſt neceſſe
talem eſſe patientiſſimum. antecedens pbatur qꝛ ſtat
talē decidere aīmo ꝛ ꝯtriſtari contra rōnē ppt ad
uerſa licʒ nullā penit⁹ vindictā appetat. tertio pbat
ppoſitio p opinātē ſm eū eñ res adverſas ſic tol-
lerare debem⁹ vt nec manu nec oꝛe nec coꝛde ꝯ infe
rētes moueamur. ḡ dicere φ vnū eoꝝ reddit hoīnē
patiētē ꝛ duo patientioꝛē ꝛ tria patientiſſimū eēt
ſibi ipſi ꝯdicere. Nec eñ ad patiētiā ſufficiūt illa tria
ſicut iā deductū eſt licʒ ſufficere videant ad māſuetudi-
nem. ¶ Notandum eſt vlteri⁹ φ ſʒ aliquos tres ſūt
ppꝛietates patientie. Pria eſt φ ſit radix ꝛ cuſtos Proprieta
omniū virtutū. Scda eſt φ opus habeat perfectū. tes patiē
Tertia eſt φ per ipſam eſt poſſeſſio animaꝝ. ſed eñ tie.
cū exponūt hoc ita lōge diſcedūt a ppoſito φ ea q̄
ſūt ppia patiētie aliis tribuūt voluit eñ φ patia ſit
radix ꝛ cuſtos ꝯ ipugnātia φ hēat opꝰ pfectū pp̄ter
eq̄nimitatē pſeuerātie in difficili ꝛ laboꝛioſo ope ꝛ
φ per eā ſit poſſeſſio aīaꝝ eo φ cohibet iraſcibilē
a motibus inoꝛdinatis ire ꝛ pturbatiōis. Sed vltra
dicūt φ caritas eſt radix omniū virtutum ex eo φ
oīs virtus foꝛmata ex amoꝛe ſūmi boni incremen-
tum trahit. ꝛ ſilr fides ex eo φ omnē accedentē ad
deum opʒ credere φ ſit remūeratoꝛ. Et ſiliter man
ſuetudo ſm illud xpi diſcite a me qa mitis ſū ꝛ hu
milis coꝛde: et preterea ſingulis virtutibus cōuenit
φ ſint poſſeſſio aīe inquantū qlibet ponit eā in qete
ſui actus. ¶ Sed contra hanc opinionem ſit prima
ppoſitio. Sola patientia eſt prima radix xtutum. ZD
pbatur qa illud ex quo nata eſt pullulare oīs xtus
eſt radix omnium virtutum. ſed patientia ſola ē ex
qua nata eſt pullulare oīs virtus igit. maioꝛ ē ma-
nifeſta ꝛ minoꝛ pbatur qꝛ ex cōtēptu a moleſtie et
difficultatis quā ingerit nobis opatio xtutis nata
eſt pullulare oīs virtus qa cū creatura rōalis ſit na
turaliter inclinata ad opationes xtutis ꝛ nichil re
trahat eā niſi moleſtia ꝛ laboꝛ opis poſito cōtenti
moleſtie ꝛ eq̄nimitate circa hmōi triſticiā inde pue
niente exſurgit in omne opus virtutis, ſed patiens

tia ponit hmōi cōtemptū et eq̄nimitatē. ſi accipiaꝫ nomē patientie cōmuniter ꝛ patiētia tertii gr̄ia ad huc omnia diſponit igitur. Pro hac rōne eſt aduertendū ꝙ omnes homines in agibilibus obedirent rōni et virtuoſe operarentur niſi impedirentur ꝓpter aliquā triſticiam q̄ in operando cōtingit: aut ꝓpter ea q̄ ſunt extranea operationi aut intranea, ꝛ ideo ſi quis habeat virtutē patientie qua ſit diſpoſitus ad omnes hmōi triſticie cauſas cōtēnendas ad tollerandū eā equanimiter q̄ retrahunt ab opere ꝟtutis ille habet radicē omniū virtutū ex qua omnis virtus pullulare poteſt. hec ratio etiam melius intelligeretur ex cōcluſione ſeq̄nte. ¶ Secunda ꝓpoſitio patientia eſt potiſſima cuſtos omnium virtutū ꝓbatur illō quo ſupamus ac vincimus omnia que contrarianꝫ ꝛ aduerſantur cuiuſcūq̄ virtutis opationi eſt omniū virtutū cuſtos, ſed ꝑ patientiā ſupamus ꝛ vincimus omnia q̄ aduerſātur cuiuſcūq̄ virtutis opationi ergo patientia eſt cuſtos omniū virtutū. maior eſt certa ex quid nominis cuſtodie. minor ꝓbatur qꝛ omnia que aduerſantur virtuti, aut ſunt delectabilia aut triſtabilia. ſi triſtabilia ſic illa ſuperantur per patientiā. ſi delectabilia. Tūc ſic nullum delectabile vincit nos ꝙ diu equaniter tolleramus carentiā eius aut vſus exceſſiui: ſed hec equanimis tollerantia ptinet ad patientiā cū hmōi tollerantia nō ſit difficilis niſi ꝓpter triſtitiam inde cauſatā igitur. Verbi gratia aliquid allicitur ad intēperantiam a fa.. delectabili, talis cū habeat rōnem ad meliora deſpicāte nūq̄ cōſentiret tentationi niſi carentia rei delectabilis. aut vſus eius eſſet ſibi moleſta. Et ideo ſi quis haberet virtutē qua omnem talē carentiā rerū delectabiliū et generaliter omnē moleſtiam equaniter tollerarei ipe haberet virtutē omnium virtutū cuſtodem et conſeruatricē. ¶ Tertia propoſitio habere opus perfectum maxime conuenit patientie. ꝓbatur omnis ꝑfectio opis virtuoſi eſt ſcdm̄ gradū heroicum aut ſecundū gradum temperantie: ſed nullus poteſt habere gradū heroicū niſi per patientiā nec etiā poteſt q̄s habere gradū tēpantie niſi per patiētiā ergo patientia habet opus perfectū. maior eſt manifeſta quia ſicut ſolū duo gradus in omni virtute ſunt gradꝰ ꝑfectionis et minor ꝓbatur quia ad gradum heroicū exigitur tollerantia eorꝫ que pro ſua difficultate excedunt cōmunē hominū facultatem. ad gradū vero tempantie exigitur tam diuturna rerum aduerſarū tollerantia et etiam carentie rerū delectabiliū, ꝙ iam paſſiones nō plus notabiliter exurgant contra iudicium rōnis. hec autem tollerantia ſine patientia haberi non poteſt. ¶ Quarta propoſitio patiētia eſt per quā eſt animarū poſſeſſio ꝓbatur patientia eſt per quā vnaqueq̄ virtus habetur ſcdm̄ gradum temperantie ſed in ſolo gradu tempantie habetur animarū poſſeſſio igiꝫ. maior patꝫ ex ꝑcedēti ꝯcluſione. minor ꝓbatur poſſeſſio anime conſiſtit in q̄ete et pace et tranſquillitate anime cum ſcꝫ tanta eſt in anima quies vt nec appetitus contra voluntatē nec volūtas contra rōnē exſurgat, ꝙ patet ꝑ Greg. dicentē aīas poſſidere eſt in omnibus recte viuere ꝛ cunctis motibus mentis dñari, ſed hoc tantū habetur in gradu tēpantie in quo anima tam quieta eſt vt omnis motus et oīs ſtimulus contra rōnem perierit ita ꝙ in hoc gradu non exſurgant motiones ſaltē notabiles ꝯ rōnē. ſed diuturna conſuetudine vincēdi hmōi modꝰ oīs ſtimulꝰ ꝯfractꝰ eſt igiꝫ patientia ē ꝑ quā hētur aīaꝝ poſſio. Ex his oībꝰ inferꝫ hec ꝯcluſio. Predicte ꝓprietates ſūt ꝓprietates patientie igiꝫ. eius ꝓ ꝑma pte ꝓbaꝫ de ꝑma ꝑ gloſā ſuper illō Luce in patiētia vr̄a ꝛc. patiā inde radix ē ꝛ cuſtos oīm ꝟtutū de ſcda ꝑ illō Jaco. patiā opus ꝑfectū hꝫ. de tertia ꝑ illud luce. xxi. in patiētia vr̄a poſſidebitis aīas veſtras. ¶ Cōtra ꝑmā ꝓpoſitionē arguꝫ ſic. caritas eſt pria radix oīm ꝟtutū ꝙ nō patiā añs ꝓbaꝫ qꝛ oīs ꝟtus formata ex amore ſūmi boni incremētū recipit: ſꝫ amor ſūmi boni ex caritate eſt igiꝫ. Scdo fides ē ꝑma radix oīm ꝟtutū igiꝫ non patientia. añs ꝓbatur per illud apoſ. accedentem ad deum oportet credere ꝙ inquirētibus ſe ſit remunerator. ¶ Tertio humilitas eſt prima radix oīm virtutum igitur añs ꝓbaꝫ ꝑ illud Gre. quaſi puluerē invētum colligit qui alias virtutes ſine humilitate ꝯgregat. ¶ Ad primā rationē negatur añs nā virtutes morales poſſūt haberi ſine caritate ꝛ fide ꝛ ideo nulla earū eſt radix virtutū. Tum ſcdo qꝛ nec actꝰ caritatis nec actus fidei haberi pñt ſine patiētia, nō caritatis qꝛ nemo pōt ꝓponere amore dei amori ſui et rerū ſuarum niſi mediāte equanimi tollerātia multorum difficiliū, nō fidei qꝛ nullꝰ pōt captiuare intellectū ſuum vt credat que nec ſcit nec itelligit imo ꝯtra q̄ frequēter putat habere rationē. firmā multa etiā credere iubemur quorū opatiōes a nobis exiguntꝫ multa etiā que ſūt nobis formidini ꝛ terrori. ad ꝓbationem autē ꝯceditur añs ꝛ negaꝫ ꝯña multa eni valēt ad augmētū virtutū que non habēt radicis nec germis rationē ꝙ ſi in aliqbꝰ auctoribꝰ reperiaꝫ eam appellari radicē aut matrē virtutū hoc intelligendū eſt non q̄tū ad rationē virtutis: ſed q̄tum ad rationē meriti qꝛ nulla virtus ꝓducit actū meritoriū niſi mediāte caritate. ¶ Ad ſcdam negaꝫ añs ꝛ ad ꝓbationē dico ꝙ ſi des reſpectu actus meritorii habet rationē germis caritas aūt habet rationē radicis ſed nō q̄tū reſpectum actus virtuoſi ſcdm̄ ꝙ hmōi. et hoc ſignificauit apo. ꝑ hoc qō ait accedētibus ad deū. Et ſi dicas ꝙ nullus actus pōt eſſe moralit̄ bonꝰ niſi habeat debitam circūſtātiā vltimi finis ſic qō opans ꝓpter deum opetur. ſed hec cognitio nō pōt haberi niſi ꝑ fidē igitur. Ad hoc reſpōdeꝫ ꝙ pro nunc cōceſſo illo ꝑncipio de quo alibi videbiꝫ ad oēm actū moraliter bonum exigitur actꝰ aliq̄s cognitiōis ſiꝰis fidei q̄ tamē nō eſt actus fidei infuſe nec fidei acq̄ſite licet ſit generatiuus fidei acq̄ſite reſpectu eiꝰ de obiecti cōplexi, actus ſcilꝫ quo credo ꝓpter deū oīa opanda eſſe: ꝛ iſte actꝰ habetur a nobis mediante auxilio dei ſpeciali, ſed hic actus nō eſt ille quo credo oīa ꝯtēta in ſacra ſcriptura eſſe verā, ꝙ ſi talis actꝰ ſit vocādus actus fidei ꝯcedo tunc ꝙ fides habet rationē germis ꝛ patiētia habet rationē radicis ideo manet ꝓpoſitio ꝑus poſita in veritate. ¶ Ad tertiā negaꝫ añs ratio enꝫ radicis patiētie potius ꝙ humilitati tribuēda eſt. Pro intellectu tamē eſt aduertēdū ꝙ humilitas facit nos recte habere i ꝓſperis nō ſolū tpalibꝰ ſed etiā ſpiritualibꝰ Nam ſcdm̄ caſſianū ex incremēto aliquaꝝ virtutū vt caſtitatis ꝛ tēpantie frequēter cōtingit ꝙ quis itm̄e ſcatꝫ nimiū efferaꝫ q̄ elatio ꝑ humilitatē impeditur Et ideo bene dicit gregoriꝰ ꝙ qui ꝯgregat alias virtutes ſine humilitate ille quaſi cineres invētū colligit qꝛ ſi non aſſit humilitas ſtati intumeſcit homo et exaltaꝫ in corde ſuo, ſed ex hoc nō habetur ꝙ humilitas ſit radix. ſed bene ꝙ ſit cuſtos virtutum nec repugnat ꝟtutes duos aut tres cuſtodes habere ſꝫ ꝙ habent duo aut tria ipugnātia illa q̄ ſūt corruptiua earum ꝙ ſi repiaꝫ in ſacris doctoribꝰ hūilitatē appellari radicē oīm virtutū tunc hoc nō repugnat ꝑoribꝰ eo ꝙ eiuſdem virge ꝛ arboris pñt eſſe multe radices patientia th̄ eſt ꝑncipalior ꝓpter cauſam ſupra aſſignatā. ¶ Cōtra tertiā ꝓpoſitionē arguiꝫ ſic oīs virtꝰ poteſt habere eē itēſum ſine patiētia ſed oīs ꝟtus in

gregoriꝰ

arg. tho. 2.2. q̄ſt.? art. ?

R
Nec actꝰ fidei nec charitatꝫ ſiue patiē tia habeꝫ

O

Caſſianꝰ

teuſa nata eſt facere opus ꝑfectũ. ergo nõ ſola patiẽ tia habet opus ꝑfectũ. ¶ Ad hanc rationẽ rñdet q̄ i virtutibus reperitur duplex intẽſio. vna ſcdm gradus eiuſdẽ ſpeciei. alia ſcdm gradus diuerſarum ſpecierum. ſcda itẽſio fit cũ virtꝰ trãſit de gradu cõtinẽtie ad gradũ tẽꝑantie aut de altero iſtorum ad gradũ heroicum. non q̄ ſit eadẽ virtꝰ que ꝑ̇mo ſit ſub vno gradu ꝑ poſt ea ſub altero: ſed q̄ virtus vniꝰ gradus ſuccedit alteri. hmõi tñ virtutes ſpẽ differunt loq̄ndo de his q̄ ꝓprie ſunt virtutes: ſi itelligat ſcdomõ ↄſtat q̄ minor eſt falſa: ſi intelligat ꝑ̇mo modo ipa etiã videtur falſa propter rationẽ ſupra poſitã nõ eni videtur aliquis poſſe acquirere virtutẽ aliquã ſcdm gradũ cõtinentie. qn habeat multas paſſiones retrahẽtes ab opere virtutis in quibus vincẽdis opus eſt labore ꝛ patiẽtia qua tolleranẽ equanimiter nõ ſolũ triſticie rerũ aduerſarũ ſed etiã carentie delectationũ. ¶ Cõtra quartã ꝑpoſitionẽ arguit ſic ꝑ vnã quãq̄ virtutẽ habetur aiaꝝ poſſeſſio. ergo tertia ꝑprietas vnicuiq̄ virtuti ↄuenit. aña ꝑbatur poſſidere animã eſt in oibus recte viuere. ſed in oibus virtutis recte viuit igit in oibus virtutibꝰ eſt poſſeſſio aie. Scdo vnaq̄q̄ virtꝰ ponit animã in quiete ſui habitus ꝛ actus ꝗ in vnaquaq̄ virtute eſt poſſeſſio aie. ¶ Ad primã reſpõdet negando aña ꝛ ad ꝑbationem cõcedit. prima ꝑs aſſumpti ꝛ ſcda negat conſequẽtia ꝑpter malã ſubſumptionẽ ſub maiore q꞉ lꝫ in oibus virtutibus recte viuat non tamen per quãlibet virtutẽ in oibus recte viuitur. nam per iuſticiã nõ recte viuitur in oibus q꞉ nõ in materia tẽꝑantie nec i materia liberalitatis nec magnificẽtie. patiẽtia autẽ ſola eſt ꝑ quã in oibus recte viuit. in materia eni iuſticie nõ poſſumꝰ vꝛ̄ recte viuere niſi auxilio patiẽ nec i materia fortitudis nec i materia tẽꝑantie nec i materia cuiuſcũq̄ alterius virtutis. Et ideo errat Albertus credens ꝑpter illã rationẽ q̄ eſſe poſſeſſionẽ aie cuilibet virtuti ↄueniãt. Et ſi dicas q̄ ſi per ſolã patientiã in oibus recte viuatur patentia ſufficiet ad regimen vite et alie virtutes ſupfluãt. reſpõdet q̄ iſta ꝑpoſitio per ſolam patientiã in oibus recte viuitur habet duplicem ſenſũ vnũ rigoroſum ꝛ iſte eſt verus. ꝛ ẽ iſte ſꝫ ſuo viuitur recte in oibus per patientiã ꝛ nulla ẽ alia virtus a patientia per quã recti viuat in oibus. Aliꝰ ſenſus eſt q̄ patientia ſufficit ad viuendũ recte in oibus ita q̄ ipſa eſt vnicum totale et ſufficiens directiuum in oñibus et iſte ſenſus eſt falſus ꝑ̇mo modõ nõ valet ↄſequẽtia q꞉ patiẽtia nõ eſt qua totaliter recte viuitur in oibus: ſed tñmõ partialiꝛ. nã in maꝛia iuſticie per patiẽtiã ꝛ iuſticiã ꝛ prudẽtiã recte viuit ſilꝛ in materia tẽꝑantie ꝑ patientiã tẽꝑantiã et prudentiã recte viuitur et ſic de aliis in quibꝰ oibus patientia eſt neceſſaria ꝑpter tollerãtiã laborꝫ ꝛ difficultatũ et etiã carentie rerũ delectabiliũ. ¶ Ad ſcdam diſtinguo antecedẽs vel tanq̄ cauſa totalis ꝛ ſic nego. ſed vt dictũ eſt opus eſt patientia vel tanq̄ cauſa ꝑtialis ꝛ ſic ↄcedo ꝛ nego ↄſequẽtiã q꞉ cũ poſſeſſio aie ſit recte viuere in oibus. eſſe in quiete vniꝰ habitus nõ ſufficit ad poſſeſſionem anime. Cum etiã q꞉ hmõi quies vniꝰ habitus non poteſt fieri ſine patientia vt dictum eſt. ¶ Eſt tamen aduertẽdũ q̄ aña huius argumẽti eſt multum ip꞉ oprĩu videtur eni ſignificari per ipm q̄ vnaqueq̄ virtus habeat habitũ et habitꝰ quietẽ in qua quiete ponatur habitus ipſe ꝑ virtutẽ cuius eſt. que imaginatio eſt oĩno falſa nam nec virtus eſt alia ab habitu nec quies habitus alia ab vtroq̄. Poteſt tamẽ habere ſenſum improprĩũ ſic q̄ per quietẽ habitus itelligatur gradus temperãtia i qua ceſſat oĩs paſſionum motꝰ. et tunc ſignificat q̄ ois virtus ponit ſe in quiete habitus id eſt oñis virtus coagit ꝛ cooperat per frequentẽ cõtinuationẽ operis ad hoc q̄ gradui continentie vel heroico ſuccedat gradus tẽꝑantie et hoc verũ eſt partialiꝛ vt dictũ eſt. ¶ Aduerte tamẽ q̄ i oibus accipit nomẽ patiẽtie multũ cõtter. patiẽtia tamen tertii generis diſponit ad oĩa que dicta ſunt.

Duplex i tẽſio i virtutis.

Albertus

Nota.

¶ Pro reſpõſione ad queſtionẽ ſit ꝑ̇ma ↄcluſio accepto noĩe patiẽtie cõiter ad quatuor mõs ſupra poſitos eq̄nimis tollerãtia tẽptionis ad patiẽtiã ꝑtinet ꝑbatur ois equanimis tollerãtia laboris aut rei cuiuſcũq̄ difficultãtis opus virtutis ad patiẽtiã hoc mõ ſumptã ꝑtinet: ſed ois tẽptatio ẽ res difficultãtis opꝰ virtutis igitur. ¶ Secũda ↄcluſio. nõ oĩs eq̄nimis tollerãtia temptationũ ad patiẽtiã tertii generis ꝑtinet. ꝑbatur q꞉ ad eandẽ virtutem ꝑtinent tollerare equanimiter tẽptationẽ ꝛ eam vincere. ſed vincere tẽptationẽ ꝑtinet ad virtutẽ illam quã impugnat ipſa temptatio ergo ꝛ tollerare eã equanimiter. minor ꝑbatur q꞉ pertinet ad gradũ cõtinẽtie in illa virtute. aut ad gradũ heroicũ ſi temptatio ſit tam excellens q̄ excedat cõmunẽ hoim facultatẽ. vincere eni temptationes impedictes opus iuſticie ꝑtinet ad iuſticiã. et vincere tẽptationes impedictes opus tẽꝑantie pertinet ad tẽꝑantiã. Scdo ois tollerãtia equanimis illiꝰ rei que ſi eſt volita ideo eſt volita ꝑpter augmẽtũ aliꝰ cuius virtutis ꝑtinet ad virtutẽ illã. ſed temptatio ſi ẽ volita eſt volita ꝑpter augmentũ virtutis quã impugnat ergo equanimis tollerãtia eius ꝑtinet ad virtutem quã ipſa ipugnat. ¶ Tertia ↄcluſio. aliqua equanimis tollerãtia tẽptatiõis ꝑtinet ad patiẽtiã tertii generis ꝑbat ois equanimis tollerãtia temptatiõis pertinet ad virtutem quam impugnat. ſed aliqua tẽptatio impugnat virtutem patiẽtie tertii generis ergo tollerantia equanimis talis temptationis pertinet ad patientiam tertii generis. Et ſi dicas q̄ tunc patientie eſſet patientia. reſpondetur negando conſequentiam ſed bene ſequitur q̄ reſpectu temptationis contra patientiam bene eſt patientia q̄uis tamen de conſequente poſtea videbitur: nichil enim videtur repugnans q̄ in patientia ſint diuerſi gradus quorum vnus dicat patientia vel perſeverãtia reſpectu alterius. Rationes ſolute ſunt ex dictis.

Q Ueritꝛ cõſequẽter de humilitate. ꝛ ꝑ̇mo. Utrũ humilitas ſit ꝑ̇s magnanimitatis. Arguit q̄ nõ auctoritate oim pene auctorum quorum nullus humilitatẽ ſub magnanimitate poſuiſſe videt. ¶ In oppoſitũ arguit ſm Tulliũ primo de officiis cõtẽptus rerum externarum ꝓſperarum ad magnanimitatẽ ſiue fortitudinẽ ꝑtinet. ſꝫ humilitas eſt hmõi rerũ cõtẽptus igit. Notãdũ ẽ q̄ ſm beatum Thomã humilitas ẽ virtꝰ qua tẽpat ꝛ refrenat animꝰ ne imoderate tẽdat i excelſa. vult eñ q̄ bonũ arduũ hꝫ i ſe rationẽ boni ꝑ quã attrahit appetitũ ꝛ hꝫ aliq̄d retrahẽs ſcꝫ ipſã difficultatẽ adipiſcẽdi. ſm ꝑ̇mũ iſurgit motꝰ ſpei ꝛ ſm aliũ motꝰ deſpatiõis circa motꝰ aut appetitiõis q̄ ſe hñt ꝑ modũ iꝓulſiõis oꝫ eẽ virtutem moralem retrahentem ꝛ refrenantẽ. circa motus autem retractiõis oportet eſſe virtutẽ firmãtem ꝛ impellentem. Et ideo circa appetitum boni ardui neceſſaria duplex eſt virtus. vna que refrenet animũ aim ne imoderate tẽdat in excelſa ꝛ hec dꝛ huilitas. Alia que firmat animũ contra deſpationẽ et impellit ipm ad ꝓſecutionẽ magnorum ſecũdũ rectam rationẽ. Et hec eſt magnanimitas. ꝛ in hoc differt humilitas a magnanimitate. ¶ Sed contra hanc opinionẽ ſit prima concluſio. Humilitas non eſt a magnanimitate in hoc diſtincta q̄ ipſa frenat aim ne immoderate tendat in bonum arduum. magnanimitas autem firmat et impellit animũ ad ꝓſecutionẽ magnorum. probatur omnis virtus que frenatur animus ne

tho. 2. 2. qſti. 161. artic.

ↄ thomã.

ſe dignificet his quib' dignus non eſt. eſt magnani
mitas ſed omnis virtus frenans animum ne immo-
derate tendat in bonum arduum frenat animum ne
dignificet ſe his quibus dign' nõ ē ergo omnis ta-
lis virtus eſt magnanimitas. ergo humilitas in hoc
non diſtinguitur a magnanimitate. maior ꝓbatur ꝑ
Ari. quarto ethicorum. Videtur autem magnanim'
eſſe qui magnis ſeipm̄ dignificat dignus exñs qui el
non ſecundū dignitatem id facit inſipiens. Secundo
omnis medietas inter caymotē ꝛ puſillanimitatem
eſt magnanimitas. ſed virtus qua retrahimur ne im
moderate tendamus in ardua ſiue ne nos dignifice-
mus his quibus non ſumus digni eſt mediocritas i
ter caymotē ꝛ puſillanimitatem ergo talis virtus ē
magnanimitas. Tertio eiuſdē virtutis eſt afficere pe
na conuictū de crimine ꝛ abſoluere nō conuictum er
go etiam eiuſdem v̓tutis eſt dignificare ſe quibus ē
dignus et non dignificare ſe quibus non eſt dignus.
Confirmatur volo ꝙ aliquis deliberet an dignifica-
bit ſe aliquo certo honore ꝛ ꝙ non agat viciose nec ꝑ
virtutem moralem niſi per magnanimitatem ꝛ rō-
ne huius inquirat an ſit dignus illo honore ꝛ inue-
niat ꝙ non. Tunc ſic Talis vel dignificabit ſe vel nō
dignificabit ſe illo honore quia inter hec non eſt me-
dium ſi dignificet ſe viciose faciet et non per magna
nimitatem quod eſt contra caſum. ſi nō dignificet ſe
ergo cum non eliciat actum niſi per virtutē magna-
nimitatis ſequit̄ ꝙ non dignificare nos quibus di-
gni non ſumus ꝑtinet ad magnanimitatem ergo nō
differt humilitas a magnanimitate modo ſupradi-
cto. Quarto omnis virtus que opponitur directe et
formalit̄ ꝑſumptioni eſt magnanimitas. ſed humili
tas eſt virtus directe oppoſita ꝑſumptioni. ergo hu
tho. 2. 2. militas eſt magnanimitas. maior ꝓbat̄ q: ſecundū
q̄ſti. 130. Thomā magnanimitati opponit̄ ꝑſūptio. ꝛ mīor ꝓ
ar. 1. batur quia ſecundum eundem Thomā preſumptio
eſt qua quis aſſumit ad agendum ea que excedunt fa
cultatē ſuam. humilitas autem eſt virtus qua quis re-
fugit agere vel retrahitur ne agat ea que excedunt fa
cultatem ſuam. Hec autem directe ꝛ formaliter oppo
nuntur vt cōſtat. Cōfirmatur hec ratio ex dictis eiuſ-
thomas dem Thome q̄ſtione. Cxxi. articulo primo in reſpō-
i materia ſione ad tercium ꝙ ſicut ad magnanimitatem perti-
de ſupbia net impellere animum ad magna contra deſperatio
nem ita ad humilitatem pertinet retrahere animum
ab appetitu magnorum contra ꝑſumptionem ex quib'
verbis apparet ꝙ humilitas directe opponitur pre
ſumptioni. ¶ Sed ad hanc rationē reſpondetur ſecū
dum ꝙ pretendere videtur idem doctor loco prealle
gato ꝙ magnanimitas ꝛ humilitas ſunt diſtincte v̓
tutes et quelibet earum habet duo vicia ſibi oppoſi
ta diſtincta vnum in ſuperhabundantia aliud in de-
fectu. magnanimitas habet in ſupͥhabundantia cay
motem ſiue preſumptionem ꝛ in defectu puſillanimi
tatem ſecūdum vnam ſignificationem acceptam hu-
militas habet in ſuperhabuntia ſuperbiam et in de
fectu puſillanimitatem ſecundū aliā ſignificatione
acceptam. Magnanimitas eſt qua ſuſcipim' magna
quibus digni ſumus. humilitas eſt qua retrahimur
ab appetitu inordinato magnorum. ꝑſumptio eſt qua ſu
ſcipim' magna qb' digni non ſumus ſupbia aliquā
do importat habitum quo aſpernamur et aliquādo
īportat habitū quo inordinate ad magna tēdim' ſup
bia ꝑmo modo opponit̄ hūilitati ꝛ ſcdo mō opponitur
magnanimitati. puſillanitas īportat ſm̄ vnā ſignifi
cationem defectū a ꝓſecutione magnorum ꝛ tūc ꝓprie
opponit̄ magnanimitati. aliqñ vero īportat appli-
cationē animi ad aliqua viliora q̄ deceat ꝛ ſic oppo
nitur humilitati ſm̄ defectū. hec iudicio meo eſt ſnīa

Thome q̄ nō videt̄ michi ſufficiens adītētionē ſuam Q
fundandā ſcꝫ ad ponendam humilitatē extra genus ꝯ tho.
magnanimitatis et ſub modeſtia vel temperantia.
Primo enim deficit in hoc ꝙ ponit ad retrahendum
a magnis que ſunt ſupra facultatem noſtram vnam
virtutem et aliam ad impellendum ad magna mode
rate quia hec ad vnam virtutem pertinent ſicut iam
probatum eſt multipliciter. Secundo deficit in hoc
ꝙ dicit ꝙ ſupbia ſm̄ ꝙ aſpernat̄ ſubiectionem oppo
nitur humilitati. ſcd̄m vero ꝙ tendit immoderate ad
magna opponit̄ magnanimitati. q: ſupbia ſiue hoc
ſiue illo mō accipiatur ſemꝑ vtrīqꝫ opponit̄. proba-
tur quicūqꝫ magnis ſe dignificat quibus non eſt di-
gnus eſt caymus vt patet per diffinitionem Ariſto.
de caimo. ſed quicūqꝫ aſpernatur ſubiectionem et
maxime reſpectu maiorum dignificat ſe magnis quibus
non eſt dignus q: dignificat ſe magna libertate qua
non eſt dignus: ergo ꝯ ois talis eſt caymus ergo ſuper
bus ſcd̄m ꝙ aſpernat̄ ſubiectionē eſt caymus ꝛ ꝑ con
ſequens ſupbia ſcd̄m ꝙ eſt aſpernatiua ſubiectionis
opponitur magnanimitati. ꝙ etiā ſupbia ſcd̄m ꝙ tē
dit immoderate in magna opponat̄ directe hūilitati
ꝓbatur nō ſtat aliquē tendere in magna immodera
te ꝛ eſſe humilē. ſꝫ ſtat aliquē tendere in magna imo-
derate ꝛ nō aſpnari ſubiectionē eorum quib' tenet̄ eſſe
ſubiectus ergo ſupbia ſcd̄m ꝙ tendit in magna imo-
derate ꝑ ſe directe imediate ꝛ nō rōne alteri' oppo-
nitur hūilitati iſta ꝯña probatur q: q̄ nō ſtant ſimul̄ ſꝫ
repugnāt illa ſūt oppoſita ergo q̄ nō ſtant ſimul ſed
repugnāt quocūqꝫ alio qd̄ pōt videri eſſe cauſa repu-
gnantie ſecluſo illa ex ſe ꝛ directe repugnant ſed ſup
bia ſcd̄m ꝙ tendit in magna ſecluſa aſpnatiōe ſubie
ctionis quā ſolā aſſignat Thomas pro cauſa repu-
gnantie ſupbie ad hūilitatē repugnat ipſi humilita-
ti ergo ſupbia hoc modo accepta per ſe repugnat hu
militati. Nec valet dicere ꝙ qui hoc modo tendit in
magna trāſgreditur mandatū dei ꝛ per ꝯñs aſper-
natur dñium dei. hoc nichil eſt. Tū primo q: tūc omē
pctm̄ eſſet oppoſitū hūilitati neqꝫ ſtaret aliquē eē hu
milem ꝛ peccare contra legem dei qd̄ eſt patent̄ fal-
ſum. alias eciā ſupbia eſſet in omni pctō mortali fofa
liter incluſa. Tū ſcdo q: non ois caymus peccat mor-
taliter ꝛ per ꝯñs nō ois talis tranſgredit̄ mandata
dei. Aña ꝓbatur per Ariſ. dicentē ꝙ licet caymi peccēt
nō tñ ſūt mali nec iniuſti nec malefactores ſꝫ inſipiē-
tes ſūt ꝛ ſeipſos ignorantes q: conantur ad honora
bilia tanq̄ digni exñtes. Tertio deficit hec opinio ī
hoc ꝙ dicit puſillanimitatē opponi magnanimitati
ſm̄ ꝙ eſt defectus a ꝓſecutione magnorū ſcd̄m vero
ꝙ eſt applicatio ad aliqua vilia que non decent ho-
minē ſic opponit̄ hūilitati. ¶ Contra hoc arguit̄ ſic
magnanimitas ſufficienter inclinat ad fugiendū ea ꝯ thomā.
que pro ſua vtilitate dedecent eum ergo puſillanimi
tas illa qua quis applicat ſe ad vilia que nō decent
hominē eſt oppoſita magnanimitati. Aña ꝓbat̄ quia
non ſtat aīm eſſe magnū tā habitu q̄ actu ꝛ applica
re ſe ad talia vilia et indigna homie. ¶ Scd̄o ois ha
bitus v̓tuoſus inclinans ad cōtēnendū ꝑuos hono-
res inclinat ad cōtēnēdū vilia ꝛ indigna hoīe. ſꝫ ma
gnanimitas inclinat ad cōtēnēdū ꝑuos honores q̄ ꝛ
ad cōtēnendū vilia. maior eſt manifeſta. mīor ꝓbat̄
magnanimitas inclinat magnanimū ad fugiendum
illud quo ipſe eſt nō dignus vt patebit in auctoritate
que ſtatim allegabitur ad ꝓbationē minoris ſꝫ ma
gnanimus multo minus eſt dignus vilibus que de-
decent eū q̄ ꝑuis honorib' cum vilia ſint multo ma-
gis elōgata a dignitate magni q̄ ꝑui honores igit̄
mīor ꝓbat̄ per Ari. in q̄rto ethicorum dicentē. Maxie q̄
dē igit̄ circa honores ꝛ inhonorationes magnimus ē

et in magnis ⁊ a ſtudioſis moderate delectibitur et
parū poſt eum aūt qui in cōtingentib⁹ ⁊ in paruis
omnino paruipēdet non eſt his dignis. ¶ Tertio
quicunqȝ ſecundū habitū ſuum inclinatur ad iudi-
candū ſcdm veritatē de rebus pertinētib⁹ ad digni
tatē hoīs ⁊ ad huiuſmodi iudiciū ſequendū ille in-
clinatur cōtenere vilia que eo indigna ſunt/ ſȝ ma-
gnanimus ſcdm habitū ſuū inclinatur ad vere iudi
candū de his que ſpectant ad dignitatē hoīs ⁊
ad hmōi iudiciū ſequēdū ergo magnanimus ex ha
bitu ſuo inclinat ad contēpnendū vilia. minor pba
tur per ariſto quarto ethicorum magnanim⁹ autē
iuſte contēpnit/ glificat eīn vere: ꝙ ſi dicas ꝙ hic lo
quitur de cōtēptu ⁊ glorificatiōe hominū/ hoc nihil
eſt qȝ homines nō ſunt contempnendi vel glorifican
di niſi ꝓpter ea que ſibi aſſunt vel deſunt ꝗ ſi vere cō
tempnit ⁊ glorificat hoīes vere iudicat que res ſūt
digne contemptu ⁊ que res ſunt digne gloria.
¶ Quarto magnanimitas inclinat ad contempnē
dū omne illud quo homo fit minor dignitate ſiue i
dignior: ſȝ per applicationē ad vilia homo fit īdi-
gnior. ergo magnanimitas inclinat ad fugiendū
applicationē ad vilia maior probat̄ p illud ariſto.
in quarto de magnanimo vult autē ſuperexcellere
minor eſt manifeſta. ¶ Confirmatur quia ſecundū
Magna nimitas ĩclinat ad fugam vi lium. Ariſto. ibidē magnanim⁹ nō habet ī memoria eos
qui ſibi beneficiū impenderunt eo ꝙ minor eſt ꝗ bñ
patitur ꝙ qui bene facit ergo cum applicatio ad vi
lia hominem multo minorem reddat ꝙ receptio ꝗ
cunqȝ beneficii ſequitur ꝙ magnanimus multo ma
gis fugit applicationem ad vilia multe alie ratio-
nes formari poſſent decurrendo per textū Ariſto.
¶ Quinto omnis virtus inclinans ad inclinandū
id ſolum eſſe bonum quod eſt honeſtum in inclinat
ad contempnendum ea que pro vtilitate ſua dede-
cent hominē ſed magnanimitas eſt huiuſmodi igi
tur. minor probatur p tulliū primo de officiis vbi
de magnanimitate loquēs ita dicit id autē ipm cer
nitur in duobus ſi ⁊ ſolū id ꝙ honeſtum ſit bonum
iudices et ab omni animi perturbatione liber ſis.
¶ Sexto omnis ſignificans ſe minorib⁹ ꝙ dignus
ſit ē puſillanīs puſillanitate oppoſita magnani-
mitati ſȝ ꝗ applicat ſe ad vilia ꝗ eū dedecent ſigni
ficat ſe minorib⁹ ꝙ dignus ſit igitur minor eſt cer-
ta ⁊ maior ꝓbatur p diffinitionē puſillanimi quam
ponit ariſto. in q̄rto ethicoꝝ dicēs/ ꝗ aūt minorib⁹
ꝙ dignus ſit puſillanimis Ex ſupradictis pȝ ꝙ hu
militas nō diſtincta a magnanimitate mō aſſigna
B to p beatū Thomā. ¶ Ad videndū aūt ꝗd ſit humi-
litas. Eſt aduertēdum ꝙ hūilitas extenſo noīe ad
hūiliationē accipit̄ multipl̄r. Vno mō ꝓ degreſſiōe
acceptio nes hũili tatis. alicuius ⁊ flagellatiōe cū ſcȝ ea ab eo auferunt̄ ex ꝗ
bus nata eſt erigi vel ea ſibi inferunt̄ ꝓpter quorū
abſentiā inſolere hoīes vt plurimū ꝯſueuerunt. et
hoc mō accipit hūiliari ꝓpheta cū ait hūiliauerūt
in compedib⁹ pedes ei⁹. ⁊ alibi quoniā ꝑſecutus eſt
inimicus animā meā humiliauit in terra vitam me
am/ de eadem eſt illud qui ſe exaltat humiliabitur
et in parabolis ſuperbum ſuſcipiet hūilitas et hu-
milem ſpiritu ſuſcipiet gloria Secundo modo ac-
cipitur humilitas pro ſeruilitate ſiue obſequioſi-
tate quomodo accipit ariſto. in quarto/ ꝓpter qꝺ
⁊ omēs blandiores ſeruiles ⁊ omēs humiles blan
ditores. Et hec humilitas ſcdm ariſto. ibidem vide
tur repugnare magnanimitati. Tertio modo ac-
cipitur humilitas ꝓ exhibitione ſignorum exterio
rum vere humilitatis vt pro inclinatione capitis
pro verbis et factis motu geſtu et habitu quibus
contēptū noſtri ⁊ rerum proſperarū ſignificamus.

Quarto modo accipitur humilitas ꝓ cōtēptu ſiue
morū et rationabili earū rerū ꝗ communiter ab om-
nibus eximie ⁊ preclare videntur vt ſcȝ ꝓpter pre-
ſentiam earū non erigatur animus eius ſupra di-
gnitatem ſuam nec ſe ſupra ſe ꝓpter hec extollat ⁊
de hūilitate hoc modo accepta hic intendius. Tūc
ſit ſecunda concluſio humilitas quarto modo ac-
cepta eſt virtus probatur omnis habit⁹ inclinans
hominem ad ſignificandum ſe quantū dignus eſt
et non ſignificandū ſe quantū dignus nō eſt eſt vir
tus ſed humilitas eſt hmōi igitur. Scdo ſic oīs ha
bitus inclinans nos ad recte cōtēpnendū illas res
quarū contēptus facit magnos et excellētes viros
eſt virtus ſed humilitas eſt habitus inclinans nos
ad recte contēpnendū eas res quarum cōtemptus
efficit magnos viros ſcȝ res externas ꝓſperas igr̄
minor probatur per Ciceronē primo de officiis ꝗ Cicero
poſtꝙ poſuit duas res quibus fortis et magnus
animus cernitur/ quarū vna eſt in rerū externarum
deſpicentia/ paulo poſt ſubiūgit. cauſa aūt ⁊ rō eſt
efficiēs magnos viros in priore in eo eni eſt illud
quod excellentes alos ⁊ hūana contēpnētes facit.
¶ Tercia concluſio humilitas eſt ſpecies magna-
nimitatis generaliter accepte. probatur qr vt ha-
bitum eſt ſupra cū de patientia agebatur duo ſūt
genera magnanimitatis. vnū quod eſt poſitū ī de
ſpicentia rerum externaꝝ. alterū quod eſt poſitum
in adminiſtratione rerū arduarum que plene ſunt
laboribus et periculis. Primū autem gen⁹ in pa-
tientiā et humilitate diuiſum eſt ſcdm ꝙ res exter-
ne ſunt duplices ſcȝ aduerſe et ꝓſpere circa aduer-
ſas eſt patientia circa proſperas eſt humilitas. Ad
preſentiā eni hmōi res proſperaꝝ hoīes vt in plu-
ribus nati ſunt inſoleſcere et intumeſcere ideo no
bis multū vtile eſt ineſſe virtutē aliquā per quam
hmōi res ſic contēpnamus ꝙ nō appreciemur eas
niſi ꝗtū recta ratio diffinit et decernit eas appre-
ciādas eſſe quo cōtēptu habito nec ī ſoleſcimus nec
inflamur ad hmōi proſperarū rerū preſentiā vel ex
pectationē probabilē. Scdo probat̄ ꝯcluſio aucto
ritate. Tullii primo de officiis qui. cū agit de ma-
gnanimitate ſiue fortitudine et enumerat vitia im
pedientia eam enumerat ſuperbiam ſed conſtat ſe
cundum omnes ꝙ ſuperbia eſt oppoſita hūilitati
ergo humilitas eſt ſpecies magnanimitatis. antece
dens probatur per illud qꝺ habetur primo de of-
ficiis atqȝ etiam in rebus proſperis et ad volunta
tem nrām fluentib⁹ ſuperbiā magno opere faſti-
gium arrogātiamqȝ fugiam⁹ nam vt aduerſas res
ſic ſecundas immoderate ferre leuitatis eſt ꝑclara
que eſt equabilitas in oī vita ⁊ idē ſemper vultus
eademqȝ frons vt de ſocrate idem de. G. lelio acce-
pimus. Et paulo poſt ſequitur v: precipere vi-
deantur qui mouent vt quanto ſuperiores ſumus
tanto nos geramus ſubmiſſius ecce vbi habes leui
tatis eſſe īmoderate ferre res ꝓſperas/ cōſtat autē
leuitatem magnitudini animi repugnare ⁊ quod
intendat ſuadere ad humilitatē patet per illud tā-
to nos geramus ſubmiſſius. hoc enim vt cōſtat fit
per humilitatem. Tertio omnis habitus quo quis
non ſignificat ſe nec plus nec minus ꝙ eſt dignus
eſt magnanimitas: ſed humilitas eſt habitus quo
quis non ſignificat ſe nec plus nec minus ꝙ dign⁹
ergo humilitas eſt magnanimitas antecedens ꝓ-
batur quia ſecundum ariſtotelem in quarto ethico
rum magnanimus ſecundum veritatem glorifi-
cat et ſe altos et non curat de opinione hominum
ſed magis de veritate. ¶ Quarto omnis habi-
tus quo ꝗs appetit ſe facere vere dignū honorib⁹

magnus eſt magnanimitas: ſed humilitas eſt habi
tus quo quis appetit ſe facere vere dignū honori-
bus magnis igit. mior ꝓbatur quia humilitas eſt
habitus quo quis contēpnit que ſunt vilia ⁊ cadu-
ca ⁊ appetit que ſunt vere bona. Quinto oīs habi
bitus per quē quis moderate ſe habet circa bonas
fortunas vtpute circa diuicias potētatū ⁊ reliqua
hmōi ita ꝙ nō multū gaudet ꝓpter preſentiā eorū
neqꝫ multū triſtat ꝓpter abſentiā eſt magnanimi-
tas: ſꝫ hūilitas eſt hmōi ergo hūilitas ē magnanimi-
tas. minor ꝓbat per Ariſto. quarto ethicoꝝ dicen-
tē. Sꝫ adhuc circa diuitias ⁊ potētatū ⁊ omnē bonā
fortunā ⁊ infortuniū moderate hab bit quōcunqꝫ
fiant ⁊ neqꝫ bene fortūat9 vtiqꝫ gaudioſus erit neqꝫ
infortunat9 triſtis. Sexto oīs habit9 inclinans ad
contēptum laudis ⁊ opinionis hoīm eſt magnani-
mitas: ſꝫ humilitas eſt hmōi igit. maior ꝓbatur p
Ariſto. vbi prius qui de magnanimo loquens neqꝫ
hūaniloquus neqꝫ enī de ſeipſo loquitur nec de alio
neqꝫ eī vt laudet cura eſt ipi neqꝫ vt alii vituperent.
¶ Quarta ↄcluſio. ꝓprius actus hūilitatis ē equa
bilitas ſiue eq̄nimitas animi in reb9 ꝓſperis id eſt
in his oib9 rebus que a nobis deſiderari ſolent. ꝓ
batur p̄mo hec ↄcluſio auctoritate Tice. adducta in
ſcda rōne precedētis ↄcluſiōis in qua per equabili
tatē ſignificat actū ꝓpriū hūilitatis. Scdo ꝓbatur
iſta equanimitas eſt actus alicui9 virtutis ⁊ nō pōt
aſſignari cui9 ꝟtutis ſit niſi hūilitatis igitur. ma-
ior pꝫ qꝛ eſt act9 voluntatis deliberat9 recte ratio
ni cōſentaneus. minor ꝓbat inducendo p ſingulas
virtutes alias a magnanimitate. ¶ Eſt aūt aduer-
tendum ꝙ ea q̄ deſiderantur a nobis ⁊ ex quib9 lau
dē ⁊ gloriā ⁊ delectionē querere poſſum9 ſunt i tri-
plici differētia. Quedā ſunt bona ſimplr vt virtu-
tes ⁊ dona dei gratū facientia. Alia ſunt mala ſim-
pliciter vt intēperantia iniuſticia iracūdia ⁊ gñali-
ter oīne viciū. Alia ſunt indifferētia ⁊ hec duplicia
q̄dam ſunt q̄ ab aliis habem9. alia ſunt q̄ habem9
a nobis. ab aliis habem9 oīa bona nature, robur,
pulchritudinē, ſanitatē, ingeniū, laboris patiētiā,
agilitatē, generoſitatē, ſiue nobilitatē ⁊ illa bona
fortune q̄ dono vel hereditaria ſucceſſiōe cōſeq̄mur
a nobis habem9 diuitias labore ⁊ īduſtria noſtra
partas: ſciētias artes vel liberales vel mechanicas
Eorū aūt que a nobis habem9 q̄dā ſunt q̄ totaliter
a nobis habem9: alia ſunt q̄ partim a nobis parti
aliorū auxilio vel beneficiis ſum9 ↄſecuti. diuitias
enī potētat9 ⁊ dignitates frequēter alioꝝ auxilio
conſeq̄mur. ſcientias ⁊ artes adiumēto preceptoꝝ
⁊ eorū qui nos introduxerunt. aut qui nos cum acq̄
rebamus aluerunt habemus. interdum autem in-
uentione aut induſtria noſtra. Preterea horum bo
norum que habemus a nobis: quedam ſunt que ta
lia qualia habem9 habemus a nobis libere operā
tib9 ita ꝙ in poteſtate noſtra fuit talia facere ⁊ nō
facere ſic etiam ꝙ potuiſſemus facere ea aliter vel
alia vt contingit de omnibus que ſubſunt libero
arbitrio ⁊ induſtrie noſtre: alia ſunt que nō ſic ſub
ſunt arbitrio ⁊ induſtrie noſtre vt bona, p̄les quam
Ariſto. inter partes felicitatis p̄o rethorice enu-
merat. nullū eſt hoꝝ quem p illud hoīes nīl reſiſtāt
ad inſolentiā ⁊ tumorē moueant de bonis fortune
⁊ nature cōſtat tā ꝑpria experientia vt nullus ↄdice
repoſſit de bono ſciētie ⁊ alioꝝ habituū intellectua
liū patet p illud: ſcientia inflat: caritas edificat de
bono ꝟtutis pꝫ per Caſſianū collatione q̄dā dif-
fuſe oſtēdit ꝙ caſtitas ⁊ alie ꝟtutes oppoſite vitiis
cardinalib9 nō ſunt ↄnexe cū aliis ꝟtutib9 ſꝫ poti9
per eas hō inducitur ad iactātiā ⁊ ſuperbiā. de ma

Margin: S

Margin: triplicia ſunt deſiderabilia.

Margin: Caſſian9

lis culpe pꝫ per illud pſalmiſte. q̄d gloriaris in ma
licia q̄ potens es in iniq̄tate. ⁊ ꝓpter hoc multū vti-
le eſt habere ꝟtutē aliquā que inclinet nos iter hec
ꝓſpera ſeruare equabilitatē animi vt non in tume
ſcamus nec ſupbiam9 nec extollamur ſupra nos.
¶ Aduertādum eſt vlteri9 ꝙ ſcōm quoſdā hūilitas
oritur ex vera noſtre fragilitatis cognitiōe. hec au
tem fragilitas ſiue infirmitas ex q̄nqꝫ cognoſcitur
ex indigētia noſtra q̄ cōſiderata cognoſcim9 multa
bona nobis deeſſe. ſcdo ex miſeria noſtra quā late
cognoſcim9 ex ipſis malis q̄ videm9 nobis ineſſe.
tertio ex impotētia noſtra per cui9 ↄſiderationē co
gnoſcim9 non a nobis eſſe bona q̄ habem9. quarto
ex bonoꝝ noſtrorū inſtabilitate per quā perdere
poſſumus bona que habem9. quinto ex cōparatiōe
noſtra ad diuinā bonitatē per quā cognoſcim9 pe
ne nichil nos eſſe in ↄparatiōe ad diuinā bonitatē
Sꝫ ſaluis eorū reuerētia hec nō ſufficiūt ad ꝑfectā
originē humilitatis in nobis tā reſpectu dei q̄ re-
ſpectu hoīm. ꝓbatur vera humilitas nō conſiſtit in
hoc ꝙ homo ſe infra oēs homines deiciat ⁊ poſtre
mum ac viliſſimum oīm iudicet. Sed ad veram hu-
militatē pertinet ꝙ homo ſe deiciat hiis quib9 ſe
deicere debet: ⁊ in illis rebus in q̄bus ſe deicere dꝫ
ſecundū veritatē: ⁊ ſe preferre his quib9 ſecundū
veritatē preferēdus eſt ⁊ in illis rebus in quibus ſe
cundū veritatē precellit: ſꝫ iſta nunq̄ haberētur ex
cōſideratiōe p̄miſſoꝝ igit maior pꝫ qꝛ ſecundū bea
tū thomā. Ille peccat cōtra verā humilitatē pecca
to puſillanimitatis q̄ applicat ſe ad vilia q̄ eum nō
decēt puta ſi erudit9 in ſacris litteris applicaret ſe
totaliter ad ſeruilia ⁊ mechanica opera ꝗuis tn̄ ad
hec aliq̄ ſe virtuoſe applicare poſſit. ergo ad verā hu
militatē exigit cognitio eorū q̄ hoīem decēt ſm bo
na ⁊ ꝑfectiōes quas habet. Tū ſcdo quia ſequeret
ꝙ in ſacris litteris erudit9 peccaret ↄtra hūilitatē
preferendo ſe in p̄dicatione verbi dei ſimplicib9 in
eruditis ꝑſonis. Hec enī q̄ dicta ſunt multū valent
ad humiliandū nos corā deo. nam cū bona que ha
bemus a deo ſint: ꝓpter hec non in elationem men
tis ſed in gratiarum actionē moueri debem9: quia
etiam ex tot malis in quibus ſumus ſine eius auxi
lio eripi non poſſum9 ibi deuotū animū ⁊ aſſiduita
tate orationis eum deprecationem non ſuperbiētē
debemus. ex malis enim culpe in quibus et naſci-
mur ⁊ creſcimus ⁊ deficimus nullus nos preter eū
liberat ex vilitate conditionis noſtre nullus nobis
dignitatem cariſmatum diuinorū ⁊ excellentiam
ſacrorum munerū preter eum dare poteſt quibus
ſuperemus vilitates illas quas traximus cum con
ciperemur cum in vtero volueremur cum naſcere-
mur ⁊ cum infantiā ⁊ vniuerſam vitā nſam decur-
rimus. Ex malis pene que per totam vitam no-
ſtram ab initio vſqꝫ ad finem tranſcurrūt ſolus de
us per immortalitatem ⁊ impaſſibilitatem libera
re poteſt. valet etiam ad hoc impotētia noſtra per
quam ſine eo nichil poſſumus boni: mali autē plu
rimum. ex inſtabilitate quia ſi ſuperbiamus timen
dum eſt nobis ne nos deſeret et ſtatim corruamus
et amittamus bona que nobis materiam ſuperbi
endi dederunt: ex comparatione noſtra ad deum.
nam in hoc ſanctos patres ſequi debemus abra-
ham enim poſtq̄ cum domino locutus eſt ſe cinerem
et puluerem vocabat. et ezechie. propheta poſtq̄ di
uinam viſionem vidit in faciem ſuam cecidit. ⁊ Job
dicebat ſi aſtra non ſunt munda in conſpectu eius
quanto minus nos quorum vita temptatio eſt et
qui habemus domos luteas et terrenum funda-
mentum ſed de his poſtea.

Margin: C

Margin: Ʒ quoſdā

¶ Quinta ↄ̃cluſio licet vera humilitas ꝑtineat ad
primũ genus magnanimitatis ipſa tamẽ mediãte
actu ſuo elicito inclinat virũ magnũ ad magnani-
mitatẽ ſecundi generis. ꝓbatur primo auctoritate
Tullii primo de officiis iam frequenter allegata.
Tullius. cauſa autem ⁊ ratio eſt efficiens magnos viros in
pectore in eo enim eſt illud quod excellentes aios ⁊ hu
mana ↄ̃tẽpnentes facit. Secũdo ois habit⁹ per quẽ
vere iudicam⁹ de nobis ⁊ huiuſmodi iudiciũ ſequi-
mur in magno viro exiſtens inclinat eũ ad dignifi
candũ ſe honoribus magnis quib⁹ dignus eſt. ſed
hũilitas primi generis in magno viro exiſtens incli
nat eũ ad vere iudicãdũ de ſe et hmõi iudiciũ ſeq̃ncli
nat eũ ad dignificandũ ſe magnis honorib⁹ quib⁹
dignus eſt. ¶ Tertio ois habit⁹ bonus quo res ex-
ternas ↄ̃tẽpnim⁹ vt diuitias ⁊ gloriã inclinat virũ
magnũ habentẽ eũ ad arduas rerũ adminiſtrati-
onẽ. ſed humilitas inclinat habentẽ ad contemptũ
rerũ externarũ igr̃. maior ꝓbatur potens admini-
ſtrare magna ⁊ carens vitiis quib⁹ ĩpeditur huiuſ-
modi adminiſtratio et hec cognoſcens inclinatur
adminiſtrare magna. ſed magn⁹ vir ⁊ humilis ſcit
ſe poſſe adminiſtrare magna q꞉ enim eſt humilis iu-
dicat de ſe ſecundũ veritatẽ ⁊ ideo ſi ſit magnus et
humilis ſcit ſe poſſe ſufficere ad adminiſtrationem
magnorũ ⁊ ſcit ſe carere vitiis quibus magnorũ
adminiſtratio ĩpediri ſolet adminiſtrationẽ enim
magnorũ ĩpedit pecunie cupiditas ⁊ etiã cupiditas
glorie quas Tullius dicit eſſe cauendas magnas
res adminiſtrantibus. ⁊ pecunie inquit fugiende cu
piditas nichil eſt enim tam anguſti animi tamq̃ parui
q̃ amare diuitias nichil honeſti⁹ magnificentiuſq̃
q̃ pecuniã contempnere ſi nõ habeas. ſi habeas ad
beneficentiã liberalitatẽq̃ conferre. ⁊ ſequit cauẽ-
da eſt etiã glorie cupiditas vt ſupra dixi. eripit enim
libertatẽ pro qua magnanimis viris ois debet eſſe
contentio. ¶ Sexta concluſio nõ ois humilitas in-
clinat eũ in quo eſt ad magnanimitatẽ ſecundi ge-
neris probatur ois inclinatus per aliquẽ habitum
ad magnanimitatẽ ſecũdi generis eſt vir magnus
magnis honoribus dignus ſiue potẽs magnas ad
miniſtrationes gerere. ſed nõ ois in quo eſt humi-
litas eſt huiuſmodi cũ humilitas nõ repugnet viro
ſimplici ⁊ inerudito ⁊ imperito magnarũ admini-
ſtrationũ gerendarũ igitur. Ex his patet reſpõſio
ad queſtionẽ. ¶ Contra primã concluſionẽ. Arguit
ſic nõ eſt eadẽ virtus que moderat animũ ⁊ refrenat
circa appetitionẽ boni ardui ⁊ que impellit ad ap-
petendũ bonũ arduũ moderate ſed magnanimi-
tas impellit ad appetendũ moderate bonũ arduũ
⁊ humilitas refrenat immoderatũ appetitũ igitur
in hoc differt humilitas a magnanimitate. maior
ꝓbat q꞉ virtus impellens ad appetendũ bonũ ar-
duũ. habet ꝓ obiecto dignitatẽ pſone ad bonũ illud
virtus vero que refrenat habet pro obiecto in di-
gnitatẽ pſone ad bonũ illud. ſed quorũcunq̃ actuũ
ſunt diuerſa obiecta illi differũt ſpecie ⁊ oẽs habit⁹
differunt ſpecie q̃r act⁹ differũt ſpẽ igit. ¶ Scdõ vel
le ⁊ nolle differũt ſpecie ſed act⁹ hũilitatis ẽ nolle q̃
ſupra nos ſunt. Act⁹ vero magnanimitatꝭ eſt velle
quibus digni ſumus ergo actus humilitatis ⁊ ma-
gnanimitatꝭ differũt ſpecie ⁊ per ↄ̃ſequẽs magna
nimitas ⁊ hũilitas ⁊ nõ poteſt aſſignari ĩ q̃ differãt
niſi in eo quod dictũ eſt igitur. ¶ Ad primã reſpon-
detur q̃ dato q꞉ nõ ſit eadẽ virtus numero aut ſpe-
cie. dico tamen q꞉ eſt eadẽ virtus genere. hoc eſt vir
tutes ꝑ quas iſta ſiũt pertinent ad idẽ genus virtu-
tis. Et ad minorem dico q꞉ aliqua magnanimitas
impellit ad moderate appetendum bonũ arduũ et

aliqua magnanimitas refrenat nos ab appetitu
bonoꝝ vilium et nõ ſolũ. imo et externoꝝ oim. aliqua
etiã refrenat nos ab appetitu magnaꝝ adminiſtra
tionũ quibus digni nõ ſumus et q꞉ humilitas ali-
quos vel aliquẽ iſtorũ actuũ habet ideo humilitas
recte ponitur ſpecies magnanimitatis et quia ois
propoſitio ſignificans ſpeciẽ differre a genere ter
minis perſonaliter ſumptis eſt falſa q꞉ genus vni
uerſaliter predicatur de ſpecie ideo propoſitio ſi-
gnificans humilitatẽ differre a magnanimitate eſt
falſa. ſi tamen acciperet magnanimitas pro ma-
gnanimitate ſecũdi generis tũc bene ↄcedendũ eẽt
q꞉ humilitas differt a magnanimitate ſpecie licꝫ
tamen ſub eodẽ genere ſcꝫ ſub magnanimitate cõuer
dicta ↄtineãtur. ¶ Ad ſcdãm ↄ̃ceſſis prima et ſcda
partio⁹ antecedẽtis dico q꞉ aliquis actus magna-
nimitatis eſt velle et aliquis actus magnanimita-
tis eſt nolle quib⁹ indigni ſum⁹: aut q̃ nobis indigna
ſunt. et ex hoc nõ argr̃ nulli ſuperioritas magnani-
mitatis ad humilitatẽ. Per primã tamẽ rationem
ꝓbaret q꞉ humilitas qua recuſam⁹ que ſupra nos
ſunt differt ſpecie ad humilitate qua recuſam⁹ que
ꝑ ſua vilitate nõ ſunt digna nobis q꞉ ibi eſt diuer-
ſitas obiectoꝝ. quod argumentũ puto ↄcludere de
his habitib⁹ humilitatis qui ſunt primo et per ſe
boni q꞉ tales variãtur ſpecie et variatione ſpecifi-
ca actuũ et actus ex variatione obiectoꝝ. ¶ Contra
ſcdãm ↄcluſionẽ argr̃ virtutib⁹ nõ ↄtingit male vti
ſed humilitate male vtimur ergo humilitas nõ eſt
virtus. minor probatur. Cũ primo quia quis pro-
pter humilitatem quam in ſe iudicat eſſe ſuperbire
poteſt. Cum ſecũdo per illud Eccleſiaſti. xix. eſt qui
nequiter ſe hũiliat. ¶ Scdõ nulla virt⁹ eſt malũ pena
le ſed hũilitas ẽ malũ penale ꝫ hũilitas nõ ẽ virt⁹.
minor ꝓbatur ꝑ illud pſalmiſ. humiliauerunt in cõ
pedibus pedes eius. ¶ Tertio virtus eſt diſpoſitio
perfecti. ſed humilitas eſt imperfectorũ et inde eſt
q꞉ hũilitas non attribuitur deo ꝓpt̃ ſũmã ei⁹ per-
fectionem igitur. maior patet per Ariſto. ſeptimo
phiſicorum. ¶ Quarto omnis virtus moralis eſt
circa actiones vel paſſiones: ſed humilitas nec eſt
circa actiones nec circa paſſiões igitur. minor pro
prima parte probatur quia ſola iuſticia eſt circa a-
ctiones. pro ſecunda parte patet quia non enume-
ratur ab Ariſto. inter virtutes que ſunt circa paſſi
ones. ¶ Quinto omnis virtus moralis mediat in-
ter duo extrema vitia ſed humilitas non mediat in
ter duo extrema vitia igitur minor probatur quia
nullũ videtur habere vitiũ ſibi oppoſitũ ſecundum
defectum. ¶ Ad primã iſtarum rationũ diſtinguo
maiorẽ vel q꞉ nõ ↄtingat male vti virtutibus tanq̃
habitib⁹ id eſt vtendo eis ſecundũ inclinationẽ eaꝝ
⁊ ſic ↄceditur vel tanq̃ obiectis id eſt habẽdo actũ
volitionis vel nolitionis cõplacentie vel diſplicen
tie circa eas ⁊ ſic negatur ⁊ in hoc ſenſu ꝓcedit pri-
ma probatio. ¶ Ad ſecundam probationem dico q꞉
accipiẽdo humilitatem quarto modo nullus ſe ne-
quiter humiliat ſed bene accipiendo eã tertio mo-
do. poteſt quis enim nequiter et fallaciter exhibere
ſigna exteriora humilitatis ita q꞉ cor eius et ani-
mus intumeſcet cum corpus inclinabitur vel aliud
ſignum cordis humilis fictum et falſum exhibebit.
¶ Ad ſecundam conceditur maior et minor de hu-
militate primo modo accepta de qua procedit pro
batio ſed negat̃ de humilitate quarto mõ accepta
¶ Ad tertiã ↄceditur maior de perfectione morali
in qua tamẽ morali perfectione ponitur grad⁹ nõ
ſolũ numero ſed etiã ſpecie differentes. ⁊ ad miorẽ
dico q꞉ licet hũilitas ſit ĩpfectoꝝ. i. eoꝝ qui non hñt

a
nota re-
gulã lo-
gicam.

argumẽ-
ta ſequẽ-
tia ſunt
thõe vbi
ſupra ar-
ticulo.

x

ꝑfectiõe
lmorali
ponitur
gradus.

ſummũ l ꝑfectionẽ ſicut de⁹ eſt tamẽ ꝑfectoꝝ moraliter quia etiã poſſũt eſſe imꝑfectorũ moraliter id eſt eos quibus deficit aliqua ꝑfectio moralis nec eſt inconueniens aliquid eſſe moraliter ꝑfectũ ſcḋm vnum gradũ τ imꝑfectũ ſcḋm aliũ. ¶ Ad quartã iã dictũ eſt ꝙ hũilitas ptinet ſub magnanimitate τ ꝙ eã Ari. τ Tu. ſub magnanimitate ꝯprehẽderũt τ eſt ꝓprie circa paſſionẽ cupiditatis ꝓprie exaltatiõis. ¶ Ad ꝯcedo maiorẽ quis tamẽ inſtãtia videaẽ de iuſtitia τ nego minorẽ τ dico ꝙ mediate liter dignificare ſe pluſq̃ dignũ ſit qḋ eſt viciũ ſuperhabũdãtie ſignificatũ noĩe ſupbie τ dignificare ſe min⁹ q̃ dignũ ſit quod e l viciũ defect⁹ cui nõ eſt nomẽ impoſitũ. põt tamẽ ipſũ ſignificare nomẽ deiectiõis vel alio congruo noĩe nõ eſt tamẽ de noĩbus multũ curandũ dũ tamẽ de re cõſtet. ¶ Cõtra tertiã ꝯcluſionẽ argẽ ſic: ois mẽſuratio vel moderatio ptinet ad modeſtiam ſed hũilitas eſt mẽſuratio vel moderatio ergo humilitas pertinet ad modeſtiã τ nõ ad magnanimitatẽ minor ꝓbaẽ per origenem ſup Luc. dicentẽ. Si via nomẽ hui⁹ audire virtutis quo etiã a philoſophis appelleẽ auſcultate eandẽ eſſe hũilitatẽ quã reſpicit de⁹ que ab illis diciẽ idest mẽſuratio vel moderatio ¶ Scḋo ois virtus refrenans vel reprimens motus aliquarũ affectionũ pertinet ad tẽperantiã ſed humilitas reprimit motũ alicui⁹ affectionis ſcʒ motũ ſpei qui eſt motus ſpirit⁹ in magna tendẽtis. ergo humilitas eſt pars tẽperãtie. ¶ Tertio ꝓbaẽ auctoritate Ari. tertio ethicoꝝ dicẽtis ꝙ ille qui tẽdit in parua ſcḋm modũ ſuũ nõ eſt magnanim⁹ ſed tẽperat⁹. ¶ Quarto magnanimitas τ humilitas ꝯueniũt in materia τ differũt in modo ſed eoꝝ q̃ differũt in modo ꝯtrarioꝝ ſint circa eandẽ materiã vnũ nõ eſt ꝯtentũ ſub altero igiẽ. maior ꝓbaẽ ꝓ prima parte q2 vtraq; eſt circa ardua. Pro ſcḋa parte ꝓbatur q2 magnanimitas eſt circa ardua ipellendo moderate appetitũ in ea humilitas vero refrenãdo ¶ Ad iſtas rõnes ſuprã τ collectas ex dictis Thõe Ad primã nego maiorẽ modeſtia eñ tantũ eſt circa mediocres honores, mẽſuratio autẽ τ moderatio reperitur tã in magnis honorib⁹ q̃ in paruis τ tã i honorib⁹ q̃ extra honores. habet eñ magnanim⁹ menſurationẽ dignitatis τ facultatis ſue ad adminiſtrationes honorabiles quas ſuſcipit τ oẽ opus virtutis mẽſurationẽ habet ad dictamẽ recte rationis τ moderandũ eſt ſcḋm circũſtantias ꝑſonaꝝ τ rerũ ad op⁹ illud ꝯcurrentiũ. ¶ Ad ſcḋam nego maiorẽ alias eñ patiẽtia ptinet ad modeſtiã τ fortitudo bellica τ magnanimitas. nã oẽs iſte reprimũt paſſiones vel triſticie vel timoris et audacie imo etiã fortitudo τ magnanimitas reprimũt motũ ſpei tendẽtis in ardua. cũ ois audax τ omnis thraſonas huiuſmodi ſpem habeat magnanimitas etiã reprim t motũ deſperatiõis qui eſt in puſillanimo vt vult etiã Thomas vbi ponit differentiam

B liter magnanimitatẽ τ hũilitatẽ. ¶ Ad tertiã rñdeo ꝙ tẽperãtia vel tẽperat⁹ accipiẽ dupl'r. vno° ꝓprie etiã put eſt virtus cardinalis τ hoc modo nõ accipit ibi Ari. Alio modo ꝯmuniter pro quacũq; moderatiõe τ hoc modo accipit Ari. et ꝙ ita accipiat ꝓbaẽ ex dictis ipſius Thome in cõmẽto ſuper illo paſſu dicẽtis. Ille eñ qui eſt dign⁹ paruis τ his ſe dignificat ꝑt dici tẽperat⁹ put tẽperãtia ſumiẽ pro quacũq; moderatiõe. Aliter dico licet idẽ in ſententia ꝙ ſm Ari circa honores eſt duplex virt⁹ vna circa magnos q̃ diciẽ magnanimitas. aliã circa mediocres quã ipſe dicit inolata cũ ſit innolata quaſi exiſtẽte medietate vt deſerta videnẽ dubia eſſe extrema, q2 inolata erat τ eſt moderatio q̃dã id hũilitas

Argumẽ ta thome ſcḋaq̃ſtio ne.161. articulo quarto.

Duplex virtus.

ſcḋa agit de magnanimitate appellauit tẽperatã τ nõ ſolũ in illo loco imo etiã cũ agit de illa eadem virtute ita dicẽs. Eſt aũt quãdo amatorẽ honoris laudam⁹ τ virilẽ τ amatorẽ boni τ nõ amatorẽ honoris vt moderatũ τ tẽperatũ vt ſupra dixim⁹ τ ꝙ Ari. tbi itelligat nõ tẽperãtiã ꝓprie dictã ſed illam virtutẽ q̃ eſt circa mediocres honores ꝓbaẽ ex trãſlatione Aretini qui loco tẽperati in vtroq; paſſu ꝯ modeſtũ ſed dico ꝙ hec modeſtia nõ eſt pars tẽperãtie. Et ſi dicas ꝙ ex hoc ſaltẽ ſequiẽ ꝙ humilitas eſt pars modeſtie nego ꝯñam q2 vt ſupra dictũ eſt cõtẽpnere res ꝓſperas externas τ nõ ſe appciari niſi quãtũ dignũ eſt nõ eſt mediocris ſed magni animi τ excellẽtis ideo hũilitas magis aſſignanda eſt pars magnanimitatis q̃ modeſtie. τ ſi dicas ꝙ humilis aliq̃n nõ eſt dign⁹ niſi paruis honorib⁹ et adminiſtratiõibus q̃ ad modeſtiã τ nõ ad magnanimitatẽ ptinet hũilitas. Reſpõdeẽ negãdo ꝯñam q2 licet hũilitas nõ ptineat ad magnanimitate ſecũdi generis que poſita eſt in adminiſtratiõibus arduis τ difficilib⁹, ipſa tamẽ ptinet ad magnanimitatẽ primi generis q̃ ꝯſiſtit in rerũ ꝓſperaꝝ ꝯtẽptu. ¶ Ad vltimã dico ꝙ aliq̃ magnanimitas ſcʒ ſecũdi generis τ hũilitas differũt in materia τ aliq̃ magnanimitas et humilitas nec i materia nec in mõ differũt illa magnanimitas ſcilicet que eſt poſita in contẽptu pſperorum. dico vlterius ꝙ ſi per modos illos intelligamus impulſionẽ τ repreſſionẽ ꝙ magnanimitas τ humilitas non differũt i modo, ſed ſicut impellit in aliquod bonũ arduũ ita τ ab aliquo retrahit magnanimitas ita etiã ſicut retrahit ab aliquo. τ ita et impellit i aliquod humilitas ſcʒ in bonũ ſcḋm facultatem hois proportionatũ non eñ minus videtur eſſe humilitatis impellere in id qḋ decet q̃ retrahere a nimis vili qḋ nõ decet ſicut eadẽ humilitas retrahit eruditum theologum ab opere ſeruili et impellit ad opus predicationis.

¶ Ratio ante oppoſitum ſoluta eſt ex dictis.

Queritur ſecundo: Utrum homo debeat ſe omnibus ſubicere per humilitatem? Arguitur ꝙ ſic per illud ad philippenſes ſecundo. In humilitate ſuperiores ſibinuicẽ arbitrantes. ¶ In oppoſitũ aẽ. Nulla virtus inclinat ad id quod eſt contra rectam rationem ſed contra rectam rationem eſt quod quis ſe cuilibet ſubiciat. igitur. ¶ Notandum pro queſtione ꝙ aliquis poteſt ſe ſubicere alicui tripliciter. vno modo per obedientie promptitudinem. Secundo modo per appciationem τ eſtimationem. Tertio modo per actualem exhibitionem ſignorum exteriorum ſubiectionis. Quarto modo per ardue dignitatis vel adminiſtrationis ſuſceptionem. ¶ Tunc ſit prima concluſio non inclinat humilitas habentem ipſam vt vnicuiq; ſe ſubiciat per obediẽtie promptitudinem. probatur non quilibet habet auctoritatem nec etiam facultatem vere precipiẽdi aut hortandi ſiue admouendi reſpectu vere humilis vt patet de ſimplicibus perſonis reſpectu eruditorum virorum ergo humilitas iſtius viri eruditi non inclinat ipſum ad hoc ꝙ cuilibet ſe per obedientiam ſubiciat. ¶ Secunda concluſio vera humilitas inclinat habentem vt cuilibet recte precipienti vel admouenti ſe per obedientie promptitudinem ſubmittat. probatur auctoritatẽ apoſtoli ante oppoſitum adductã. Scḋo vera hũilitas inclinat ad amplectendũ τ nõ cõtẽpnendũ id qḋ ſm rectam rõnem contempnendum eſt ſed recte admouẽs ſm rectam rõnẽ nõ eſt cõtẽpnẽdus ſed ꝑ obedientie obſequium amplectendus igitur. Ad idem poteſt induci textus

Aliq̃s ꝑt ſe ſubice tripharie.

Ari. I quarto ethicoꝝ vbi ſic habet: ⁊ nequaꝙ viciꝫ
cõgruit magnanio fugere ꝯmouentẽ. ꝗ cū oīs humi
lis ſit magnanim⁹ ſequit̄ ꝙ dʒ ſe ſubmittere recte
ꝯmouēti. Sed iſta rō eſt min⁹ efficax ꝓpᷤ trãſlatio‑
nē Aretini q̄ aliū ſenſū explicat huiꝰ littere, dʒ eni
⁊ nequaꝙ viciꝫ ꝯuenit illi cedere laceſſenti. ❡ Ter‑
tia ꝯcluſio. nō inclinat vera hūilitas habentē eā vt
vnicuiqꝫ ſimplr̄ ſe ſubiciat ꝑ appreciationē ⁊ eſtia‑
tionē. ꝓbat̄ vera appreciatio ſumēda eſt ſm̄ ꝯpa‑
ratione bonoꝝ ad bona ⁊ maloꝝ ad mala ſiue de‑
fectuū ad defect⁹. ſed pt vere hūilis ſe cõparare ad
aliquē quē patēter ⁊ late excedit in bonis, ⁊ a quo
patēter ⁊ late excedit̄ in malis ⁊ defectib⁹ ꝗ nō icli‑
nat̄ ex hūilitate ſua ad min⁹ apꝑciandū ſe ꝙ illum
❡ Scḋo aūt pt vere hūilis in aliq̄ ſe magis appre‑
ciari ꝙ aliū aut in nullo. Nō eſt dicendū ꝙ in nullo
qꝛ ꝯſtat ꝙ hūilis theolog⁹ ſm̄ rectā ratiōem magis
dʒ appciari ſe in ſciētia theologica ⁊ plus eſtimare
de ſe ꝙ de ſimplici vetula, aut viro oīno ineruditto
aliꝰ ꝓſumeret ſi aſſumeret officiū ꝑdicādi cum nō
vnūquēqꝫ magis deberet eſtimare poſſe meli⁹ exer‑
cere officiū illud ꝙ ſe. Si in aliq̄ ꝗ qua rōne in vno
eadē rōne ⁊ in trib⁹ ⁊ in q̄tuoꝛ ⁊ in plurib⁹ ⁊ q̄ rōne
in bonis eadē rōne ⁊ in malis ⁊ defectibus ⁊ ꝑ ꝯñs
tho. 2. 2e. q̄ſt. 16. 1. cap. 3. ſimplr̄ pt plus eſtiare de ſe ꝙ de petro vel iohāne. ⁊
hec eſt ſentētia expꝛſſa btī Thome dicētꝫ nō aūt hoc
hūilitas requirit vt aliqs id qḋ eſt dei in ſeipſo ſubi‑
ciat ei qḋ apparet eē dei in altero, hoc eſt nō exigit
hūilitas vt qs bona que hʒ a deo eſtimet minora ꝙ
bona q̄ ali⁹ habere videt̄ a deo. Sed ſine ꝑiudicio
hūilitatis bona q̄ ipſi acceperunt a deo pñt ꝓferre
donis q̄ alii acceperūt a deo. nam illi qui dona dei
ꝑticipāt cognoſcūt ea ſe hr̄e a deo ſm̄ illud ꝓme ad
coꝛ. ii. vt ſciam⁹ q̄ a deo donata ſūt nobis. ⁊ de defe
ctib⁹ ſubiūgit idē doctoꝛ. Similiter etiā nō hoc req̄
rit vt aliqs id qḋ eſt ſuū. i. defect⁹ ſuos ſubiciat ei qḋ
eſt primi. i. defectib⁹ primi. Subiciūtur aūt defect⁹
nr̄i defectib⁹ alioꝝ qñ exiſtimam⁹ defect⁹ nr̄os eſſe
maiores defectib⁹ primoꝝ. ⁊ ꝓbat alioquī oporte‑
ret ꝙ humilis ſe reputaret maiorem peccatorē quo
libet alio. ❡ Quarta concluſio humilitas vera ha‑
bentem eam inclinat vt defectus ſuos ſubiciat per
appreciationē ſiue magis per deteſtationeꝫ bonis
laudabilibus que veriſimiliter eſtimat eſſe in alio.
probatur quia vere humilis omnis que faciunt ad
dignitatē et contemptū hominis vere dignificat ⁊
contempnit. ſed ſecundū veritateꝫ mala et defectus
in quocunqꝫ ſint ſunt vituperanda. bona vero ſunt
appreciandaet laudanda ergo vera humilitas in‑
clinat habentē ad hoc ꝙ defectus proprios deteſte‑
❡ nō oīs defectus ſuos alterius defectibus, humilis ſubicit. tur et bona alioꝝ laudet et apprecietur. ❡ Quinta
concluſio vera humilitas interdum inclinat haben
tem vt aliquos de defectibus ſuis ſubiciat defecti‑
bus aliorum et alios non ſubiciat. Probatur quia
ſecundum rei veritatem aliquando contigit quod
vnus aut duo defectus qui ſunt in viro humili ſunt
aliquibus defectibus qui ſunt in alio multo maio‑
res et aliquibus aliis notabiliter minores. ſed ſe‑
cundum quod dictum eſt vere humilis vere iudicat
ꝙtum poſſibile eſt igitur. ❡ Sexta cõcluſio vere hu
milis ſecundūꝫ inclinationem ſue humilitatis ali‑
quando ſe ſubicit per appreciationē et deteſtatio‑
nem ei qui minus eſt et magis defectuoſus. probo
pono ꝙ ſit aliquis ypocrita qui habeat ſigna mul
tum euidentia multarum virtutum ⁊ nulla aut pau
ciſſima iudicia vitiorum et defectuum. ❡ Tunc ar‑
guitur ſic iſte humilis de iudicat bonis et malis a‑
lienis ſecundum ſigna que exterius apparent. ſed
huiꝰ ſigna ꝓbabiliter multū demōſtrāt illū habe‑

re multo plura ⁊ maiora bona ꝙ iſte habeat ⁊ mul
to pauciores defectus ꝗ plus dʒ eūꝫ appreciari ꝙ
ſe ꝗuis ſm̄ vitatē nō ſit magis appreciādus. et hō
argumentum eſt efficatius ſi addatur caſui ꝙ nō
habeat aliqua cõiectura nec ſuſpitio de falſitate il
loꝝ ſignorum exteriorum. ❡ Secundo vera iuſticia
inclinat vt eū eſtimemus bonum quē neſcimus pro
babiliter eſſe malū et vt facta proximoꝝ in melio‑
rem partē interpretemur ꝗ etiā vera humilitas in
clinat vt eū magis appreciemur ⁊ nobis ipſis pre‑
feramus quē ſigna exteriora indicant ⁊ arguunt
eſſe meliorem. ❡ Tertio ad hoc ꝙ humilis magis
apprecietur alterū ꝙ ſe aut requiritur ꝙ ille alter
ſm̄ rei veritatē ſit eo melioꝛ, aut ſufficit ꝙ ſcḋm ſi‑
gna exteriora que nō ſunt ſuſpecta falſitatis appa
reat melioꝛ. Si ſcḋm habet̄ intentū cum aliquis fre
quēter appareat talis q̄ ſcḋm rei veritatē nō eſt ta
lis. Nec pōt dici primum qꝛ non poſſumus ſcire de
aliis a nobis ꝙ ſint boni vel mali niſi per ſigna ex
teriora bonitatis et malicie interioris que poſſunt
eſſe falſa. ❡ Septima concluſio vere humilis ſm̄ in
clinationem ſui habitus non ſe oībus ſcḋm appre hūilis nō ſe oībus min⁹ apꝑciat.
ciationē ſubicit qui ſunt eo ſcḋm rei veritatem me
liores. ꝓbatur ſicut precedēs qꝛ contingit frequen
ter ꝙ aliquis habens excellentē bonitatem nullis
ſignis exterioribus eā manifeſtat. Scḋo qꝛ contin‑
git aliqñ ꝙ multas imperfectiones ſignis manife‑
ſtat exterioribus, ſicut legimus de quibuſdā ſapiē
tibus viris qui ſimulauerūt inſaniā et de quibuſ‑
dā doctis qui ad tēpus ſimulauerūt ignorantiam
ſecundū illud Catonis ſtultitiā ſimulare loco ſūma
prudentia eſt. ❡ Octaua concluſio licet vera humi‑
litas exigat vt habens eā cuilibet alteri ſe ſubici‑
at in ea re in qua ſe inferiorē eo iudicat non tamen
exigit vt in qualibet alia ſe ſubiciat. ꝓbatur qꝛ vt
dictū eſt poteſt aliquis eſſe inferioꝛ altero in vno ⁊
ſuperioꝛ eo in alio puta abbas eſt aliquo religio‑
ſorum ſuorum inferioꝛ in cognitione ſacrarum lit‑
terarum, et quo tamen eſt ſuperioꝛ auctoritate ⁊ di
gnitate. et ideo licet per veram humilitatem ab‑
bas debeat ſe ſubicere illi id eſt minus de ſe exiſti‑
mare quantum ad cognitionem ſacrarum littera‑
rum non tamen quantum ad auctoritatem regen‑
di et adminiſtrandi ſed ſine preiudicio ſue humili‑
tatis ſe poteſt illi preferre in ea re in qua cum ex‑
cellit. ❡ Nona concluſio. Vera humilitas inclinat
habentem eam vt exhibeat ſigna inferioritatis et
ſubiectionis congrua et competentia rei in qua ſe
inferiorem cognoſcit illi quem in tali re inferioreꝫ
iudicat niſi ex hac ſignorum exhibitione aliene ſa‑
lutis periculum veriſimiliter timeatur. Probatur
quia omnis magnanimus vere glorificat et virtu‑
tem alterius declarat et manifeſtat: ſed non poteſt
manifeſtare perfectionem aut virtutem alterius
niſi per ſigna exteriora igitur cum vere humilis ſit
vere magnanimus ſequitur ꝙ vere humilis incli‑
natur per habitum ſuum exhibere ſigna exteriora
ei a quo exceditur. Dicitur autem in iſta concluſio‑
ne ſigna conuenientia illi rei in qua alius excellit,
quia hominibus ſecundum diuerſas excellentias
diuerſa ſigna honoris exhibemus vt dignitati et
auctoritati primam vel ſecundam ſedem ſcientie
audiendi promptitudinem vel gradum conuenien
tem. Nec exigit humilitas ꝙ propter vnā excellen‑
tiam tribuatur ſignū alterius, quis tamen aliqua
ſigna ſint cõmunia que indifferēter ꝓ diuerſis ex‑
cellētiis tribuūtur. Dicitur ꝓterea in ꝯcluſione niſi
ex hac ſignoꝝ exhibitione ⁊ cetera. quia ex ſi tali
exhibitione ſignoꝝ veriſimiliter timeret̄ ꝑiculū ali

de ſaiutis quod tamen non timeretur non exhibẽ-
do talia ſigna tunc vere humilis potius ceſſare de
bet ob huiuſmodi ſignoꝝ exhibitione ꝙ ea exhibe
ret ſi vereſimiliter timeretur ꝙ ꝓpter hanc exhibi-
tionem ſignoꝝ ille cui exhiberentur moueretur ad
Auguſtinus. ſuperbiã ꝛ faſtum ꝛ ad cõtemptũ exhibẽtis vel alio
rum. ꝛ hec eſt humilitas quã nimiã appellat Augu
ſtinus in regula ſua cũ dit. Ne dũ nimiũ ſeruat hũi
litas regendi frangatur auctoꝛitas. Poſſet etiam
ex hoc contingere ꝙ huiuſmodi exhibẽs contẽpnere
tur non ſol ũ ab eo cui exhibet hmõi ſigna ſed etiã
ab aliis quib⁹ prodeſſe ad ſalutẽ ſolet. qui ꝑ talia
ſigna intelligẽtes ꝓlatum ſuũ quẽ putabãt doctiſſi
mũ ab alio quẽ parũ doctũ putãt ſuperatũ eſſe mo
uebũtur ad minus eſtimandũ de prelato ſuo ꝛ ad
cõtempnẽdũ predicatiões ſuas aut eas ſurdioꝛib⁹
auribus recipiẽdũ. ꝛ tũc in iſtis caſibus ſufficeret ꝙ
apud ſe ſe ſubiceret alteri eũ magis appreciando ꝛ
non opoꝛteret ꝙ appreciationẽ ſuam interioꝛẽ ſi-
gnis exterioꝛibus exprimeret. ꝛ hec eſt intẽtio bea-
ti. Thome dicẽtis q. clxi. articulo tertio in rñſione
ad tertiũ ꝙ humilitas ſicut ꝛ cetere virtutes in aĩa
cõſiſtit. ꝛ ideo poteſt homo ſcḋm interioꝛẽ actũ aĩe
alteri ſe ſubicere ſine hoc ꝙ occaſionẽ habeat ali
cuius qḋ ptineat ad detrimẽtũ ſue ſalutis. addit ſi
tamen aliquis qḋ debet faciat ꝛ aliqui ex hoc occaſio
nem ſumant peccati nõ imputatur humiliter agen
ti qꝛ ille nõ ſcandaliſat ꝗuis alii ſcandaliſentur
¶ Decima cõcluſio vera humilitas nõ inclinat ha-
bentẽ vt quẽlibet aliũ in rerũ arduarũ ac difficili-
um adminiſtratiõe aut honoꝛabiliũ graduũ ade-
ptione ſibi ꝓferat. ꝓbaꝛ qꝛ vere humilis cognoſcit
multos alios a ſe indignos eſſe tali adminiſtratio
ne aut gradu ꝛ iudicat ꝙ ſi tali indigno eſſet cõmiſ
ſa tam grauis adminiſtratio vel aliorũ vel aliquarum
rerũ publicarũ ſalus reipublice in grauia diſpen-
dia voꝛaretur ergo ſcḋm iudiciũ recte rõnis non dꝫ
eos ſibi in talib⁹ preferre. ¶ Undecima ꝯcluſio. ve-
Humilis cuilibꝫ ſupꝛioꝛi ſcito tali ſe ſubicit. ra humilitas exigit vt habẽs ipſam quẽlibet aliũ
quẽ ſcit ſuperioꝛẽ ſe in illis rebus ꝛ ꝑfectionibus
que ad gerendã adminiſtrationẽ illã requiruntur
ſibi preferat ꝑ appreciationẽ nõ ſꝫ per dignitatis
vel adminiſtrationis geſtionẽ ꝛ aſſecutionẽ. hoc eſt
nõ tenetur facere vel nitĩ ꝙ alius adipiſcatur ꝛ non
ipſe. Primus pars eſt nota ꝛ ſecũda ꝓbatur in caſu
in quo vterq; eoꝝ ſufficeret ad gerendã hmõi admi
niſtrationẽ nõ enĩ tenet vere humilis ſemꝑ eum qui eſt
ſufficientiſſim⁹ oĩm gerende adminiſtratiõi ꝓferat
vbi aũt vn⁹ ſic excederet ꝙ ſufficeret ad gerendam
adminiſtrationẽ alt⁹ vero nõ ſufficeret tũc vera hũilitas
exigeret vt in dignitatꝫ vl adminiſtratõis adeptõe aliũ
ſibi ꝓferet. ¶ Duodecĩa ꝯ⁹. Uera hũilitas exigit vt
hñs ipſam vnicuiq; ſibi cognito quo ad ꝑfectiones
vel impfectiões vel quo ad vtrũq; de quo tamen ꝓ-
babiliter dubitat an ſimplr̃ excedat eũ aut excellat
ab eo ſe ſubiciat ꝑ appreciatiõnẽ ꝛ eſtimationẽ et
per ſigna exterioꝛa hanc appreciatiõeꝫ iudicantia
niſi caſus ſupraꝑoſit⁹ impediat. ꝓbaꝛ qꝛ vera hu-
militas hoc exigit vt de bonis nr̃is partius. de ma
lis vero latius ꝙ fieri poſſit iudicem⁹ itaq; ſi q̃ bo-
na videamur habere, anteq̃ iudicem⁹ ita eſſe diſcu
tiamus an habeant integritatẽ oĩm circunſtantiaꝝ
vꝫ oĩm ꝯditionũ ad talia bona requiſitaꝝ ꝛ ſi q̃ mala
ſint in nobis aut eẽ videaꝛ de quoꝝ ꝗtitate nõ ſum⁹
oĩno certi vera hũilitas exigit vt dubitem⁹ ea eſſe
multo maioꝛa ꝙ putam⁹ ꝛ nos nondũ cõſideraſſe
aliquas circũſtãtias vel ꝯditiões ꝓpter quas maio
ra redduntur imo etiã debemus dubitare eſſe in no-
bis nõnullos defect⁹ quos nondũ aduertim⁹ debe-
mus etiã fctã nr̃a in deterioꝛẽ partẽ ſꝑ interpretã-

ri. Econtra aũt circa bona alioꝝ nos habere debe
mus nã ſi apprehẽdam⁹ aliqua bona in pximo de
bem⁹ eſtimare poſſe eẽ in eo multa alia q̃ ſunt oc-
culta ꝛ ignota nobis. Et ſi appareant aliq̃ defect⁹
debem⁹ eſtimare poſſe eẽ eos nõ eſſe vel tantos vel
tam multos ꝗt vel ꝗ multi ſigna exterioꝛib⁹ eſſe
oſtẽdunt ꝛ facta alioꝝ ꝛ maxime dubia in melio- Alioꝝ facta ſunt in meliorẽ partẽ interpretanda.
rẽ partẽ interpretari ergo vera humilitas exigit in
talibus modis dictis ſubiciamus. ¶ Decima ter-
tia cõcluſio. ꝙ ſi probabiliter eſtimam⁹ aliquẽ pro bo
nis que in eo ſunt aliquã honeſtã adminiſtratio-
nem poſſe bene gerere, ꝛ de nobis ne id facere poſſi
mus foꝛmidam⁹ nos illi alteri q̃ ad adminiſtrationis
ſuſceptionẽ ſubicere ex vera humilitate debemus.
Probaꝛ qꝛ non eſt conſentaneum rationi humili-
tatis ꝙ quis ſe dignificet honoꝛib⁹ quib⁹ neſcit ſe
eſſe dignũ qꝛ per hunc modũ poſſet ſe dignificare
honoꝛib⁹ quib⁹ ſm rei veritatẽ non eſſet dignus. ꝛ
tunc in caſum ꝯtra non in magnanimitatem labere
tur. ꝛ ad hunc ſenſum ꝛ etiã ad ſenſum precedentis
cõcluſionis maxime intelligitur illud apoſtoli ad
philippẽſ. ſcḋo. Superioꝛes inuicem arbitrantes
vbi gloſa non hoꝛtatur debemus eſtimare vt nos
eſtimare fingam⁹ ſed vere eſtimemus eſſe poſſe ali-
quid occultũ in alio quo nobis ſuperioꝛ ſit ſi bonũ
noſtrũ quo illo videmur ſuperioꝛes eſſe non ſit oc-
cultum. ¶ Contra predictas cõcluſiones arguitur.
et pꝛimo contra cõcluſionẽ pꝛimã arguitur aucto- Paulus
ritate apoſtoli ad phil. ſcḋo in humilitate ſuperio
res ſibi inuicem arbitrantes. ¶ Secundo nullus eſt
in quo nõ ſit poſſibile eſſe aliquod occultũ bonũ ex
cellentius bono quod eſt in nobis. ꝗ nullus eſt quẽ
nobis preferre nõ debeamus. ¶ Tertio arguit ꝑ il
lud. i. pe. ſcḋo. Subiecti eſtote oĩ hũane creature ꝓ- Petrus.
pter deum. ¶ Ad pꝛimam reſpondeo ꝙ apoſtolus
mouet eos ad hoc ꝙ alter alterum ſuperioꝛẽ arbi-
tretur inter quos nõ eſt certa ꝛ notabilis differen-
tia excellentie ꝛ qui pꝛo excellẽtie paritate vel ſcḋm
veritatem vel ſm cõmunẽ hominum eſtimationem
poſſunt dignitatẽ ꝛ grauium ac arduarũ rerum
adminiſtratione contẽdere, tales enĩ decet vt alter
alterũ ſibi prepoꝛat ſcḋm ꝙ dictũ eſt in. xii. et. xiii.
concluſionibus. ¶ Ad ſcḋam dico ꝙ dupliciter põt
contingere ꝙ ſit aliquid occultũ in aliquo. vno mõ Dupl'r aliqd eſt occultum
ſine probabili cõiectura: ſed ſolum ex hoc ꝙ ꝓpter
bonitatẽ diuinã eſtimamus deũ ſpergere occulte ꝛ
ſecrete dona ſua ꝛ multis ea cõferre in quibus ea
eſſe neſcim⁹. ꝛ hec eſtimatio ſufficit ad hoc ꝙ ſi du-
bitamus ꝓpter altas perfectiones que apparẽt in
eo an ille ſcḋm veritatem ſit nobis preferendus ad
hoc ꝙ nos eũ preferamus nobis ſed non ſufficit ad
hoc ꝙ illũ nobis preferre teneamur quẽ ſcḋm ea q̃
hens ab iniuria ſcilicet ille cui aliter faciendo pate-
retur iniuriam. Cum ſecundo quis humilis i dubiis
contra ſe cenſet et pro alio quod non facit ſemper iu
ſticia imo in dubiis recurrere poteſt ad iudicem. Ter
tio ſi omnes eſſent vere humiles non eſſet opus iuſti
cia particulari nec commutatiua nec diſtributiua ſꝫ
ſi omnes eſſent iuſti adhuc opus eſſet humilitate er-
go humilitas potior eſt iuſticia particulari. Antece-
dens probatur pro prima parte ſi omnes eſſent ve-
re humiles eſſet in omnibus contemptus rerum pro
ſperarum rationi conformis, ſed ſi in omnibus eſſet
talis contemptus non eſſet inordinata cupiditas ea-
rum, ſi non eſſet inordinata cupiditas non eſſet op⁹
iuſticia ergo ſi omēs eſſent vere humiles non eſſet o-
pus iuſticia. Secunda probatur qꝛ ſtat aliquem ha-
bere nolle alienū et tamē ita cupere ꝛ appreciari bo
na temporalia vt pro eis conſequendis magis ſe defa
tiget ꝙ pro cōſequendis bonis ſpiritualibus ꝛ hoc
ꝑpter defectuꝫ vere humilitatis quia credit talia bo
na eſſe maioris precii et excellentie ꝙ ſint ſecundum
veritatem. Quarto humilitas cum iniuſticia eſt me
lior ꝙ iuſticia cum ſuperbia ergo humilitas eſt meli
or ꝙ iuſticia. cōſequētia iſta videtur tenere ex doctri
na Ariſ. libro eleuthorū de eligibilitate et fuga. Et
antecedens probatur. Tum primo qꝛ publicanus q
iniuſticiam habuit cum humilitate iuſtificatus eſt

phariſeus aūt qui iuſticiam habuit cum ſuperbia re
probatus. Tum ſecundo ꝓbatur per Criſoſto. ibidē
Arg. tho. 2. 2. queſt. 161. art. 5. dicentem ꝙ ſi mixta delictis humilitas tā facile cur
rit et iuſticiam ſuperbie cōiunctam tranſeat ſi iuſti
cie coniunxeris eam quoniā ibit aſſiſtet ibi tribunali
diuino in medio angeloꝝ. ¶ Ad hanc rōnem reſpon
det beatus Thomas ꝙ Criſoſtomus nō pꝛefert hūi
litatem iuſticie, ſed pꝛefert humilitatem iuſticie cui ſu
perbia coniuncta eſt que iam deſinit eſſe virtus ſicut
ꝯ thom. econtrario peccatū per humilitatem remittitur. Sed
hec ſolutio iudicio meo non ſatiſfacit. nam non videt
veriſimile ꝙ vera iuſticia per aduentū ſuperbie deſi
nat eſſe iuſticia ſed bene verū ꝙ ſi actus aliquis obe
diendi legi habeat inanem gloꝛiam pꝛo circumſtātia
ille actus nec eſt nec vnq̄ fuit iuſticia loquendo de a
ctu iuſtecie q̄ per ſe eſt iuſticia. Quod ꝓbatur pono ꝙ
E aliquis habuerit multos veros actus iuſticie quibus
obediuit legi ⁊ nunc addat circumſtantiam ſuperbie
vel extollat ſe ꝓpter illos actus. Arguo ſic aut nunc
ita eſt ꝙ illi actus fuerunt cōfoꝛmes recte rationi aut
diffoꝛmes. Si confoꝛmes ſemper fuerunt actus iuſti
cie. Si diffoꝛmes nunq̄ fuerunt actus iuſticie. Tum
ſecundo quia hec ſolutio non videtur confoꝛmis in
tentioni Criſo. qui in hoc intendit magis pꝛeconiis
humilitatem efferre que eſt magna laus humilitati ſi
excellat iuſticiam apparentem que potius eſt iniuſti
cia q̄ vera iuſticia. Tum etiam qꝛ ex hoc ꝙ humilitas
Criſoſto. cōiuncta peccato excedit et tranſit iuſticiam cōcludit
ꝙ humilitas ſi fuerit coniuncta iuſticie ipſa aſſiſtet tri
Hūilitas iuſticia potioꝛ. bunali diuino in medio angeloꝝ vbi aſcenſum illū
ad tribunal diuinum magis videtur attribuere hūili
tati q̄ iuſticie. Tertio quia ſm Criſoſtomum humili
tas ibi non pertranſit iuſticiam pꝛopter fragilitatē
iuſticie ſed pꝛopter molem ⁊ tumoꝛem ſuperbie ergo
Criſoſtomus non intendit ibi loqui de iuſticia que ꝓ
pter ſuperbiam coniunctam deſinit eſſe iuſticia. An
tecedēs ꝓbatur ꝑ Criſoſtomū ibidē geminas bigas
michi accomodes. Alteram quidē iuſticie et ſuperbie
Alteram vero peccati et humilitatis et videbis pctīn
peruertens iuſticiam non pꝛopriis ſed humilitatꝭ vi
cere viribus. Aliud vero par videbis deuictū nō fra
gilitate iuſticie ſed mole et tumoꝛe ſuperbie. Tum q̄r
to humilitatis vincit ſuperbiam, ſuperbia vincit iu
ſticiam ergo humilitas vincit iuſticiam et per conſe
quens eſt potioꝛ. conſequentia nota eſt. et partes an
tecedentis ex auctoꝛitate allegata patent. Ideo aliter
reſpondetur ad rationem negando conſequentiā et
ad pꝛobationem rñdetur ꝙ regula Ari. tenet in op
Solutio doctoꝛis. poſitis contradictoꝛie et non in oppoſitis contrarie.
Hec ſolutio ſupꝛa poſita eſt ſed tamen potius eſt fu
ga q̄ ſolutio quia ſi aſſumentur contradictoꝛia ꝓ cō
trariis curret argumentum, humilitas enī cū caren
tia iuſticie eſt melioꝛ q̄ iuſticia cum carentia humili
tatis ergo humilitas eſt melioꝛ q̄ iuſticia. ꝯña ē nota
et aña pꝛo vtraq; parte pꝛobatur per ea q̄ dicta ſunt
patiētia hūilitate potioꝛ. F in tercia ratione ad cōcluſionem. ¶ Tercia concluſio
humilitas eſt virtus potioꝛ aliis virtutibus moꝛali
bus patientia. pꝛobatur hoc ex multis auctoꝛitatibꝰ
Ciceronis que ſuperius cum de pacientia agebatur
inducte ſunt in quibus Cicero laudat rerū pꝛoſpera
rum contemptū quem maxime facit humilitas. Se
cundo illa virtus que vniuerſalius et perfectius facit
nos eſſe participes oꝛdinationis rationis eſt virtus
perfectioꝛ ſed humilitas eſt huiuſmodi vt patuit cō
cluſione ſecunda. Tertio iuſticia eſt perfectioꝛ aliis
virtutibus moꝛalibus ſed humilitas eſt perfectioꝛ iu
ſticia igitur. ꝙ ſi quis diceret vel temperantiam vel
aliquam aliam ꝟtutem eſſe perfectioꝛem humilitate
poſſunt faciliter induci rōnes que ſcđa concluſione

de iuſticia inducte ſunt. ¶ Quarto pꝛobatur ꝑ Augu
ſtinum libꝛo de verbis dñi dicentē. cogitas magnam Argumētū thome vbi ſupꝛa
fabꝛicā conſtruere celſitudinis de fundamento pꝛius
cogita humilitatis. Ex qua auctoꝛitate ſic arguit̄ hu
militas eſt fundamētū ceterarū ꝟtutū ergo ē ceteris
potioꝛ. Ad hanc reſpōdet beatꝰ Thomas ꝙ illud di
citur fundamētū virtutū quod ē pmū i edificatione vir
tutū. Aliquid aūt dicit̄ eſſe pmū dupliciter. Vno mō ꝑ
modū remouentis ꝓhibens et ſic humilitas pmū lo Pꝛimū multiphariā dicit̄.
cum tenet inq̄tū excellit ſupbiā cui deus reſiſtit. ſcꝫ
illud deus ſupbis reſiſtit, humilibus aūt dat grām.
Alio mō aliquid dicitur pꝛimum directe ꝑ quod ſcꝫ
iam ad deū attingit̄ ⁊ ſic fides pmū locū tenet ſecun
dum illud apl'i ad heb. xi. accedentē ad deū opꝛ crede
re hec ſolutio nō euacuat rōem. pꝛimo qꝛ cōcluſio nō
comparat humilitatē niſi ad alias ꝟtutes moꝛales. ꝯ thom.
fides aūt nō eſt ꝟtus moꝛalis et iō bene dicit apl'us.
Accedentē ad deū qđ intelligendū ē de acceſſu ꝑ actū
meritoꝛiū. ¶ Secūdo arguit̄ pꝛincipaliter cōtra opi
nionē in hoc qđ dicit ꝙ humilitas nō eſt fūdamētum
virtutū niſi qꝛ remouet ꝓhibens. Pꝛo quo ſuppont
tur ꝙ humilitas mediat inter viciū ſupabūdātie et
viciū in defectu. Tunc arguit̄ ſic quocienſcūq; aliquibus
duobus conuenit vna rō fundamenti et ꝓpter illam
rōem vnū eoꝝ non ē fundamētū nec aliud. ſed remo G
uere ꝓhibens edificationē ꝟtutū ſcꝫ ſupbiā cōuenit ita
bene vicio oppoſito humilitati ſcđm defectū ſicut hu
militati qꝛ illud viciū ꝯtrat̄ ſupbie et ꝓpter illā ra
tionē viciū illud nō dicit̄ fundamentū virtutum ergo
nec ꝓpter illam rōem humilitas dicitur ꝟtutū fūda
mentū. ¶ Tertio illud qđ inclinat in actus oīm ꝟtu
tum eſt poſitiue ⁊ directe fundamentū virtutū ⁊ non
tñ qꝛ remouet pꝛohibens ſed humilitas iclinat me
diāte actu ſuo elicito in actus oīm ꝟtutū igit̄. maioꝛ ē
certa et minoꝛ ꝓbat̄ qꝛ cōtemptus rex ꝓſperaꝝ et
ſui inclinat in iuſticiā in manſuetudinē in liberalita
tē ⁊ ſic de omnibus aliis. nā qui iraſcit̄. ꝓpter parui
penſionē iraſcitur immoderate quia nimis appꝛeciat̄
rem in qua paruipenſus eſt ⁊ qui non elargit̄ cui opꝫ et
quando opꝫ ideo non elargitur qꝛ nimis appꝛeciat̄ pe
cuniā. et hoc ſuppoſita rectitudine rōis. Quīto ꝓba Argumētū thome vbi ſupꝛa
tur concluſio: illa ꝟtus cui magis debet̄ pmiū eſt oīꝫ
maioꝛ ſꝫ humilitati maius debet̄ pmiū. qꝛ qui ſe ex
altat humiliabit̄ vt dicit̄ Luce. xiiii. ¶ Ad hanc rōem
reſpondet beatꝰ Thomas ꝙ humilitati ꝓmittit̄ exal
tatio non qꝛ ipſa ſola eā mereat̄. ſꝫ quia eius ē ꝓpꝛiū
contēpnere ſublimitatē terrenā. Ex hac ſolutione vi
det̄ manifeſte concludi intētū nā illa ꝟtus q̄ ſibi ap
pꝛopꝛiat maximū pmiū ē maxima ꝟtus ſꝫ hūilitas
appꝛopꝛiat ſibi maximū pmiū ſcꝫ exaltationē igit̄.
Sexto ꝟtuti cui cōuenit excellētiſſimꝰ actus illa ē ma
xima ꝟtus ſed inter oēs ꝟtutes moꝛales humilitati
ꝯuenit excellētiſſimꝰ actꝰ igit̄. maioꝛ p; qꝛ vt dictū ē be
ne hūilitati ꝯuenit cōtēpnere ſublimitatē t'renā q̄ ꝯtē
ptus videt̄ actꝰ excellētiſſimꝰ int̄ actꝰ ꝟtutū moꝛaliū
Sexto ꝟtus illa quā xp̄s maxie nobis imitādā ꝓpo Argumētū thome vbi ſupꝛa
ſuit ē maxia int̄ ꝟtutes moꝛales ſꝫ xp̄s maxie nobis
ꝓpoſuit hūilitatē imitādā igf. minoꝛ ꝓbat̄ ꝑ Aug. li
bꝛo de vera religione dicentē ꝙ tota vita chꝛiſti i ter
ris per hominem quam ſuſcipere dignatus eſt diſci
plina moꝛum fuit pꝛecipue humilitatem ſuam imitā
dam pꝛopoſuit dicens Mathei xi. Diſcite a me quia
mitis ſum et humilis coꝛde. Secundo pꝛobatur per
illud Gregoꝛii in paſtoꝛali argumentum redemptio
nis noſtre inuenta eſt humilitas dei. ¶ Ad hanc
rationem beatus Thomas ꝙ chꝛiſtus humilita
tem ſuam maxime imitandam pꝛopoſuit non
quia ipſa immediate faciat liberum acceſſum ad
ſpiritualia et diuina bona ſed quia remouet im

pedimentū huiuſmōi acceſſus ſcilicet exteriorem celſi
b tudinem cuius ipſa eſt contemptiua. et ita tpā nō eſt
niſi ſicut diſpoſitio ad perfectionem vere excellentie
Sed iſta ſolutio refutatur ſicut precedentes. Argumen
tum eñi concludit ꝙ ſaltem humilitas eſt perfectior
aliis virtutibus moralibus. Tum etiā q2 contēptus
celſitudinis terrene eſt actus maxime excellens inter
actus virtutum moraliū de quibus loquit̄ cōcluſio.
¶ Sed contra predicta arguitur. Et primo cōtra illō
quod dictum eſt ꝙ ratio concludens virtutes intelle
ctuales eſſe potiores humilitate nō eſt ſufficiens. Ar-
rō thome guitur primo omnis virtus tanto eſt excellentior ꝙ̄-
vbi ſupra to pfectius hȝ ordinationē rōnis ſed virtutes intelle
ctuales perfectius habent ordinationē rōnis ꝙ̄ mora
les igitur. Maior eſt nota q2 bonū et perfectio virtutiſ
conſiſtit in ordinatione rōnis. Minor ꝓbatur: qđ
habet eſſentialiter ordinationē rōnis habet eam per
fectius ꝙ̄ illud quod habet eam pticipatiue. ſed vir-
tus intellectualis habet ordinationē rōnis eſſentiali
ter et virtutes morales non habent eā niſi pticipati-
ue igitur. Prima pars aſſumpti ꝓbat̄ quod hȝ ordi
nationē rōnis eſſentialiter ſemꝑ hȝ eam ⁊ ſemꝑ eſt or
dinatum. quod vero habet eam pticipatiue non ſem-
Solutio. per habet eā nec ſemper eſt ordinatū igitur. ¶ Ad hāc
rōnem rñdetur. Pro quo eſt ad aduertendū ꝙ ſecun-
dum Ari. in ſexto ethicorum oportet rōnem veram eē et
appetitū rectū ſi electio debeat eſſe ſtudioſa et eadeȝ
hanc quidē dicere hunc aūt proſequi et paulo poſt ꝓ
pter quod neqȝ ſine intellectu et mente et neqȝ ſine mo
rali habitu electio bona. vñ ordinatio rōnis eſt act9
virtus quo dictatur de agendo vel fugiendo habitus
intellectualis inclinat ad ordinationem rōnis facien
dam. i. ad vere dictandum de agendo vel fugiendo.
Ordinatio Actus moralis inclinat ad conformandū ſe hmōi or
rōnis. dinationi. i. ad pſequendū quod dictatur eſſe proſe-
quendū et fugiendū quod dictatur eſſe fugiendum et
ſtat ꝙ ordinatio ipſa ſit vera et tamen nō ſit bona bo
nitate moris q2 electio mediante qua imperatur eſt
viicioſa: aut rōne finis aut rōne alicui9 alterius circū
ſtantie. ⁊ quia inter omnes bonitates actuū bonitas
moralis eſt excellentior q2 cum ea nō ſtat culpa que ē
ſūmū malum ideo bonitas appetitus eſt ſimpliciter
melior ꝙ̄ bonitas intellectiue partis que nō eſt aliō
ꝙ̄ veritas. ¶ Ad rōnem ergo rñdetur ꝙ aliquid dicit̄
3 habere ordinationē rōnis dupl'r. Uno modo tāꝗ̄ di
ctamen ver. Scđomō tanꝗ̄ proſecutionem aut fugā.
primomō habet eam. primo intellectus ſcȝ mentalis
conceptio. ſcđo vox. tertio ſcriptura. ſcđomō hȝ eam
et primo actus volūtatis. ſecundo actus aliaȝ potē-
tiarū ſiue appetitus ſenſitiui ſiue intellectus qui me-
diante actu voluntatis conformi poteſt eſſe cōformis
dictamini eiuſdem intellectus. Dico ergo ꝙ ſimplici
ter loquendo perfectius eſt habere ordinationem rō-
nis tāꝗ̄ pſecutionē vel fugam ꝙ̄ habere eā tāꝗ̄ verū.
et ideo cōcedo maiorē ⁊ nego minorē. ⁊ ad ꝓbationē
dico ꝙ bonū et perfectio virtutis intellectualis ſȝ ꝙ
hmōi conſiſtit in ordinatione habendo eam ſecundū
ꝙ vera et virtutis moralis habendo eā ſcđm cōformi
tatem pſecutiōis aut fuge. ſimpl'r aūt dico ꝙ cōſiſtit
Ecce in q̄ in ordinatione rōis habendo eam ſm cōformitatem
cōſiſtit or proſecutiōis aut fuge. Et ad ꝓbationem minoris cō
dinatio cedo primam partē aſſūpti de eo quod habet eā ſcđm
rōnis. ꝙ pſecutio aut fuga ⁊ hoc mō hȝ eā ꝑ ſe ⁊ eēntialiter
electio pmo ꝯ ꝑ ſe bōa. Et ad ſcđaȝ ptē dico ꝙ vt9 in
tellectual' hȝ ordiatioeȝ rōis vt verū eēntialit̄ aut ma
gis ꝓpe tpā ē ordiatio rōis ſȝ nō hȝ eā vt pſecutioneȝ
aut fugā niſi pticipatiue ⁊ mediāte virtute morali aut
actu eius. Ad probationē prime ptis aſſūpti cum dr̄
qđ habet ordinationē rōnis eſſentialiter ſemꝑ habet

eam nego iſtam quia non accipitur ibi habere eſſenti
aliter pro habere in primomō dicendi per ſe. ſed pro
habere a ſe: nō ab alio quō oratio mētalis dicit̄ ha
bere veritatem a ſe. i. nō mediāte alia oröne vera ⁊ vo
calis ⁊ ſcripta dicit̄ habere pticipatiue. conſtat aūtē
ꝙ eadem ordinatio rōnis que nunc ē vera per muta
tionem rei fiet falſa ⁊ vlterius dico vt iam dictū eſt ꝙ
electio nō habet ordinationē rōnis pticipatiue. i. ele-
ctio non eſt ordinata pſecutio rōne alicuius alterius
actus qui prius eſt ordinata pſecutio ſed ipſa per ſe
eſt ordinata pſecutio et omnis alius actus ſiue appe
titus ſiue intellectus q̄ eſt ordinata pſecutio per eam
hȝ ꝙ ſit ordinata pſecutio. Imo electio pmo ⁊ per ſe
bona minus mobiliter ſe habet ad eſſe ordinatūȝ ꝙ̄
conceptio mētalis. quod eget longiori declaratione
quam deo dante faciemus cū agemus de actibus ꝑ
ſe et primo bonis ⁊ malis. ¶ Rationes queſtionis ſa
tis ſolute ſunt dictis.

Q Ueritur. Utrū ſint. xii. gradus
humilitatis? ¶ Arguit̄ ꝙ non q2 ſm Ari.
in ſeptimo ſunt tātū tres gradus virtutis
ergo cum humilitas ſit virtus. ipā in tres ⁊ nō i duo-
decim diſtinguēda eſt. ¶ In oppoſitū arguit̄ auctori
tate Beati Benedicti in regula ſua. xii. gradus humi Btūs be
litatis ponentis. ¶ Notandū eſt ꝙ ſicut ſupra dictū nedictus.
eſt humilitas ſpecies eſt magnanimitatis nec pōt eē
perfecta niſi in eo cui9 animus iam ſuꝑ terrena poſi-
tus eſt et ideo verus et proprius actus voluntatis eſt
volitio vel deſideriū vel proſecutio eorum que vere ho-
minē dignum magnis reddunt ex quo ſtatim ſequit̄
contemptus terrenorum bonorum que nō vere dignificant
et deſiderium ac proſecutio bonorum ſpiritualium que R
vere dignificant hominem ex quo etiam ſequitur cō-
temptus vel appreciatio ſui ſecundū preſentiam vel
carentiam bonorum ſpiritualium ⁊ rara ac tenuiſſima
appreciatio ſecundum preſentiam bonorum tempora-
lium. et ideo ſeruando modū Ari. humilitas poteſt
diuidi in tres gradus: in humilitatē ſecūdū cōtinen- Tres gra
tiam in humilitatē ſm temꝑantiā et humilitatem he d9 hūilita
roycam. Humilitas ſm continentiam diuidit̄ i duas tis ari.
ſcȝ in humilitatē ſecundū continentiam ꝓprie dictaȝ
et humilitatem ſecundū pſeuerantiam humilitas ſe- Hūilitas
cundū continentiam eſt qua quis vincit paſſiones de ſm cōtinē
lectationū inſurgentiū et impedire intētiū opus hu- tiam.
militatis q̄ tñ paſſiones hmōi ſunt vt eos homines
ſuperant frequent̄. Humilitas ſecundū pſeuerantiaȝ
eſt qua quis paſſiones triſticiaȝ intēdētes impedire Hūilitas
opus humilitatis vincit et opus humilitatis perficit ſm pſeue
que tamē paſſiones hmōi ſunt vt homines eas vin- rātiam.
cant frequent̄. humilitas ſcđm temꝑantiā eſt q̄ tam ꝑ
fecta eſt ꝓpter longū vſum et exercitiū vt nullis iam Hūilitas
paſſionibus quas homines frequenter ſuperant nec ſm tempe
delectationib9 nec triſtitiis impugnetur. Humilitas rātiam.
heroyca eſt qua quis opus illud humilitatis exequit̄ Hūilitas
quod aūt ex natura operis aut ex circunſtantiis ē ſu- heroica.
pra communē hoīm facultatem. Exemplū primi vt ſi
humilis temptetur ad exaltationem immoderatam
vt ꝓmoueatur vel diuitiis habundet et frequent̄ vin-
cat hmōi temptationē acquirit humilitatem ſm gra
dum continentie. Exemplum ſecundi vt ſi humilis tē
ptet̄ ad exaltationē q2 laborioſū ē ⁊ moleſtū omib9
ſubici vel obedire obſeq ac familiari tūc erit hūili-
tas ſm pſeuerātiā frequent̄ vicēdo. Exēplū tercii vt
cū qs ita i opib9 hmōi hūilitatis ita exercet̄ vt fran-
gat impet9 paſſionū ⁊ ita debilitet eas vt nō amplius
notabilit̄ inſurgant. Exemplum quarti vt cum quis
excellens gradu ſciētie dignitate et omni genere vir
tutis ſe velit omniū infimum gerere et deſerit digni

tatem ipſam non q2 moleſtum ſit ei exercicium vel oc
cupatio circa dignitates ſed vt per humilitatē ſe de
omnibus ſubiciat quod ſi fiat rõnabiliter erit opus
ſupra cõmunē facultatē hominū rõne circũſtantie per
ſone. ¶ Notandū vlterius ꝙ doctores ſacri qui ma-
xime humilitati ſtuduerunt aſſignant gradus hũili-
tatis ex aliquibus. Uno modo per compationē ad ſi-
gna exteriora. Secũdo modo per comparationē ad
delectationes retrahentes ab operibus humilitatis
dehortando ab eis. ¶ Tertio modo per ꝯparationē
ad triſticias retrahentes ab operibus humilitatis
hortando ad eas. ¶ Quarto modo per cõpationes
ad aliquos actus excellentes ad quos inclinat medi
ante actu ſuo humilitas vel etiam per quos ipſa con
ſeruatur. ⁊ ſm hoc Benedictus ponit in regula ſua
xii. gradus humilitatis. Primus eſt corde ⁊ ſemper
humilitatem oſtendere defixis in terram oculis. nā
ꝗuis humilitas habeatur in corde ſi tñ oculus vel a-
lia pars ſuperbe erigatur vocabitur in piculum cor
dis humilitas et maxime ſi hoc frequēter fiat. Et iſte
gradus pertinet ad ſigna exteriora humilitatis. Se
2. grad9. cundus vt pauca verba et non clamoroſa voce loqua
tur aliquis. et iſte gradus etiam ptinet ad ſigna exte
riora. nam paucitas verbož ⁊ ſubmiſſ9 ſermo ſignū
eſt ꝙ quis humiliter de ſe ſentit auditores multum
3. gradus appreciatur. Tertius eſt vt nõ ſit facilis in riſum. fa-
cilitas enī riſus ſignū ē inepte leticie que cadere nõ
4. grad9 poteſt in eo qui habet pfectū contemptū ſui. Quart9
eſt taciturnitas vſq; ad interrogationē nã precipita
tio locutionis vel reſponſionis ſignū eſt arrogantie
et econtra taciturnitas moderata hũilitatis ſignū ē
5. gradus Quintus eſt tenere ⁊ obſeruare quod habet cōis mo
naſterii regula et ad hoc inclinat humilitas aut tan
ꝗ in propriū actum quia facit hominē ſubditū legi
aut mediante porio actu quia per eā fit vt plus eſti-
memus de legiſlatore ꝗ de nobiſipſis et per ꝯñs ꝙ
nos regule et legi totaliter ſubdamus. Sextus ē cre-
6. grad9. dere et pronūciare ſe omnibus viliorē. quod contin-
git multiplr. Uno modo quia nullus eſt ꝗtūcūq; im
M perfectus qui non in aliquo nos ſupat ꝙ in rei vitate
frequenter contingit. Secũdo mõ põt cõtingere com-
parando nos ad eos de quibus pbaliter dubium eſt
vtrū ipſi nos. vel nos ipſos excedamus. Tertio mo-
do comparando nos vniuerſaliter ad oēs nõ ſolū ſe
cundū aliqd vnū in quo vel ab illo vel ab iſto ſupera
mur. ſed etiam quo ad excellētiam ſimpliciter aut p
pter auxilia que habuim9 in conſequendo pfectiões
quas habemus ⁊ quibus illi caruerūt aut pp impe
dimenta que ipſi habuerūt et quibus caruimus aut
ppter carentiam multož bonož que dubitamus eos
habere et ſcim9 nobis deeſſe aut ppter preſentiā mł-
tož malož pene que ſcimus eis ineſſe ⁊ nobis nõ in-
eſſe. Ubi gratia ego ſum caſtus et ille eſt libidini da-
tus ego tamen non propter hoc me etiam in caſtita-
te excellentiorem putabo. Tum quia ſcio ꝙ paucos
ſtimulos libidinis paſſus ſum. ille vero fortiſſimos
et frequentiſſimos. Tum quia ſcio me habuiſſe mul-
tos cohibentes in me luxuriam illum vero habuiſſe
multos excitantes. Tum quia ille frequentem diſpli-
centiam de luxuria ſua patitur ego non. Tum quia
propter eam frequenter erigitur in deum et veniam
clamat et contēnit et deteſtatur ſeipſum et vitam ſuā
ego autem non. Tum quia nec tam diligenter laudo
deum propter conceſſam caſtitatem ꝗ diligēter con
temnit ſe propter luxuriam. Tum quia ego video eius
affectū multis penis ꝗ forte ſibi infliguntur propter
luxuriam ſuā ego aūt non ſum cõſimilibus affectus
propter has ⁊ multas alias rationes ego poſſū eſti
mare me viliorē altero etiam in illo in quo omnibus
certū eſt eum eſſe a me ſupatum. ꝙ autē dixi de adiu
mentis ⁊ impedimentis intelligo tam de extrinſecis
ꝗ de intrinſecis. Septimus eſt ad oīa indignum ſe ⁊ 7. grad9.
inutilē confiteri. nam vere humilis ſcit ⁊ cognoſcit ꝙ
omnis bona operatio ſua a deo dependet non tantū
ſicut a generali ⁊ communi omniū cauſa verum etiā
ſicut a ſpecialiter adiuuāte ſcit preterea ſe ita deo in
omni bono et omni conatu ſubordinatum vt nichil
poſſit i eo permanere niſi eo conſeruante nichil etiā
poſſit conari niſi eo auxiliante. quicumq; enī vere et
perfecte ſe ſummittit deo quod primum eſt in humili
tate ille ſe ad omnia indignum ⁊ in vtilem confiteri
habet. Octauus eſt confeſſio peccatorum nã vere hu- 8. grad9.
milis ſcit ꝙ vera appreciatio ⁊ valor creature ratio
nalis conſiſtit in copia bonož ſpūalium et carentia
vitiorum. econtra autē vera vilitas in pſentia pecca
torum ⁊ carentia bonož ſpiritualium et quia vt di-
ctum eſt vere humilis eſt verā appreciationē et digni
tatem appetere et verā vilitatem aſpernari ideo vt
careat peccatis et vilis eſſe deſinat inclinatur ab hu
militate mediāte actu eius elicito peccata confiteri.
ꝗtūcūq; enim firmiter ego volo deſinere eſſe vilior ⁊
eſſe appciandus tñ firmiter ego volo p confeſſionem
exſpuere peccata ex quibus oriebatur vilitas ⁊ indi-
gnitas mea. Nonus eſt p obediētia in duris et aſpe
ris patientiam amplecti. qr enim obedientia vt plu- 9. grad9.
rimum eſt in difficilibus que propter moleſtiā retra
hunt ab actu obediētie. ideo ſuademur amplecti pa
tientiam contra durorū ⁊ aſperorum moleſtiam. et
iſte actus ꝗ diu remanet impetus et inſultus mole-
ſtie et aſperitatis contra bonum obedientie pertinet
ad humilitatem ſecundum perſeuerantiam quando
vero diuturna victoria ita confracta eſt harum paſ-
ſionum vis vt non plus notabiliter contra rationē
inſurgāt tunc opus illud humilitatis pertinebit ad
humilitatem ſecundum gradum temperantie. Deci- 10. grad9.
mus eſt vt cum obedientia ſe ſubdat maiori ita ſcili-
cet ꝙ velit ſibi obtemperare ⁊ obedire in omnibus ꝗ
licet. et nec ſcire tenet eſſe iniqua aut ex natura actus
aut ratione alicuius circumſtantie. Quod enim quis
ſubmittat ſe omnino voluntati alterius hoc maxime
prouenit ex hoc ꝙ quis ſe parum appreciatur ⁊ mul
tum contempnit. Et iſte actus pertinet ad humilita-
tem ſecundum temperantiam aut ſecundum perſeue
rantiam modo nūc ante expreſſo et poſſibile eſt ꝙ ra
tione circūſtantie pertinebit ad humilitatem heroi-
cam vtputa ſi circunſtantia aliqua in actu obedien-
tie poneretur talis ꝙ redderet actum tā difficilem vt
eſſet ſupra communem hominum facultatē. Undeci- 11 grad9.
mus eſt vt voluntatem ppriam nõ delectetur imple
re. Iſte actus videtur pendere ex precedenti. nam qui
ita ſe parū appreciatur vt ſe maiori ſubiciat per obe
dientiā deſinit velle adimplere ppriā voluntatē ⁊ p
ꝯſequens talis non delectat in adimplendo ppriam
volūtatem. et videt ꝙ per hunc gradū faciliter erigi
poſſit humilitas ad gradū tēperantie q2 quanto mi
nus quis delectat i adimplendo propriam volunta
tem tāto magis ſine difficultate ſe ſubmittit per obe
dientiam voluntati alterius. ad verificandū autē iſtā
non delector in adimplendo ppriam voluntatē non
exigit ꝙ ego habeam propriā voluntatē ꝙ ego ad
impleam eam. ſed huiõi adimpletio nõ fit michi cau
ſa delectatiõis. Sed dico ꝙ illa negatiua habet tres
cauſas vitatis quaž ꝗlibet ſufficit reddere eā verā. Nota.
Prima ē ꝗ dicta ē. Scḋa ē ꝙ habeā ppriā volūtatē: N
ſed tantum ego nõ adimpleo eā ⁊ ideo non delector i
eā adimplenda. Tertia eſt ꝙ non habeo propriam
voluntatem ideo nec impleo propriā voluntatem nec
in ea implenda delector. et hoc eſt potius in humi-

litate qualitas gradus ⁊ excellentius ꝑmū vero imple
ctius. Et ideo iſte gradus ſecundum potiſſimū eiꝰ por
tionē eſt ita ſe ſubmittere in rebus agendis alteri vt
nichil ex nobiſipſis velimus deinde ſi aliquid velimꝰ
ex nobiſipſis nō tamē id velimꝰ volitiōe ſperatiua ex
ecutionis id tamē exequādo potius triſtemur ꝙ non
voluntatē noſtrā in hac re ſuperiori ſubmittimꝰ ꝙ de
lectemur ꝙ voluntatē ꝓpriam adimplemus et hoc ter
tium non puto ad humilitatē pertinere maxime ſi ve
riſimile eſſet ꝙ voluntas noſtra nō eſſet voluntas ſupe
rioris. Aut quāuis ad ipſum fuiſſet voliturus ſuperi
or non vult tamen ꝙ eo incōſulto et ex nobiſipſis ve
duodeci= limus. Duodecimus gradus vt deū timeat ⁊ memor
mꝰ gdus. ſit omniū que precepit, per hunc autē gradū hūilis
ſe totaliter ſubmittit deo ⁊ mandatis eius tam per
fecte vt nullomodo ea preterire vel tranſgredi velit,
et qui varius eſt timor ſcilʒ ſeruilis ⁊ filialis, ⁊ filia
lis eſt multo perfectior ꝙ ſeruilis imo ſeruilis imper
fectus eſt licet iter prebeat ad filialē ideo in hoc gra
☙ du duodecimo poſſūt duo gradus ſubſtingui vnꝰ eſt
quo humilis timet deū ⁊ memor eſt mandatorū eius
ꝓpter ſupplicia que cōminatus eſt tranſgredientibꝰ
mandata eius. aliꝰ quo timet deum timore filiali ⁊
Duo gdꝰ memor eſt mandatorum eius ita ꝙ perfecte vult ad
timoris fi= implere ea non propter timorem pene ſed propter ti
lialis. morem offenſe hoc eſt non vult omnino offendere euʒ
nec amicitia eius fruſtrari. Anſelmus libro de ſimili
tudinibus ponit ſeptem gradus humilitatis. Pri
Septē g= mus eſt contēptibilē ſe eſſe cognoſcere hoc eſt cogno
dus hūili ſcere ſe eſſe in multis defectuoſū ⁊ hic eſt ꝓprius actꝰ
tatis ſm humilitatis. Hic aūt defectus contingit multiplicit,
anſelmū. aut ꝓpter defectū bonoꝝ, aut ꝓpter malū vſū eorū,
aut propter inſufficientiam boni vſus, aut propter
mala quibꝰ inuoluimur ſiue ſint mala pene ſiue ma
la culpe. Secūdus eſt de hoc dolore. dixi enim ſupra
2. gradꝰ. ꝙ non tantū ad humilitatē pertinet cognoſcere vili
℗ tatem ſuam ſed etiam appetere veram dignificatio
nem ⁊ appreciationem que impeditur per defectus
vilitatem et contentibilitatē in nobis qui autē appe
tit veram appreciationē ⁊ cognoſcit ſe eſſe vilem ⁊ cō
tentibilem dolet de huiuſmōi vilitate ſua. Et iſte do
lor eſt nolitio vilitatis et cōtemptibilitatis que ineſt
Tertius vel triſtitia inde cauſata. Tertius vilitatem ⁊ contē
gradus. ptibilita ē ſuam confiteri vbi nō accipit confeſſio vt
eſt pars penitentie ſed accipitur confeſſio pro vocali
aſſertione huius modi vilitatis ꝙ contingere pōt du
pliciter vnomodo vbi defectus ꝑticularis eſt publi
ce notus et tunc humilis poteſt confiteri vilitatē ſuā.
aliomodo vbi defectus non eſt publice notus ſed eſt
ſecretus et occultus et tunc non videtur humilitas in
clinare ad confeſſionem propriam vilitatis id eſt ad
confeſſionem defectus ſecreti et occulti niſi in caſu in
quo vocaretur ad adminiſtrationem aliquam geren
dam cuius iſte defectus eēt notabiliter impeditiuus
et non poſſet alio modo reiicere a ſe huiuſmodi admi
niſtrationem niſi per confeſſionem defectus occulti.
Aliomodo poteſt fieri confeſſio non propria ſed com
munis nichil ſcilicet ſignificādo particulariter de de
fectu ſuo ſed communiter fatendo ſcilicet ſe eſſe vilem
et contemptibilem perſonam, ⁊ ad hanc confeſſio
nē bene inclinat humilitas. ꝙ probatur ſic vera hu
militas inclinat habentem ipſam non ſolum ad hoc
ꝙ non appretietur ſe ſed etiam ad hoc ꝙ alii non ap
precientur eum plꝰ ꝙ dignum eſt ſed ſi non cōfiteat
vilitatem ſuam alii appreciabuntur eum pluſꝙ di
gnum eſt, cum cognoſcant multa laudabilia eſſe in
eo et ignorabunt vilitatem et defectum facientem
4. gradꝰ. diminutionē in precio vero eiꝰ. Quartus gradus eſt
ꝑſuadere hoc vt alii velint credere. Iſte gradus fūda

tur in ratione nuper adducta quid eſt ꝓdeſſet dicere
⁊ confitere aliis vilitatem ſuā niſi ipſi credant qʒ ta
lis eſt ſi eſt nō crederēt non minꝰ eū appreciarent, ꝑ
hoc eſt ꝙ confitetur ita eſſe ⁊ ſuadet declarat mani 5. gradꝰ.
feſte ꝙ nō vult magis appꝛciari ꝙ dignū eſt. Quintꝰ
vt patienter ſuſtineat hec dicere eſt humilis habet
contemnere ꝓſpera et ſecundū Ariſ. in quarto ethi
coꝝ magnanimus nō curat de opinione hominum ſʒ
magis de veritate ⁊ ideo humilis qui ē vere magna
nimus vult ꝙ cognoſcat vilitas ſua ⁊ ꝙ ēi dicat. ē et
alia rō quia per hoc ꝙ vilitas ſua creditur ⁊ dicit ip
ſe magis mouetur a ſe vilitatem reiicere ⁊ contraria 6. gradꝰ.
dignitate ꝑficere. Sextus ē vt patiat ſe contēptibilit
tractari. Nam vere humili placet ꝙ tractet eodēmō
quo iudicat ſe eſſe dignū tractari, ſed vere humilis ſe
iudicat contēptibilem ⁊ eſſe tractrandū contemptibi
liter ergo vere humilis debet pati ſe contemptibilit
tractari. Eſt ⁊ alia omniū iſtoꝝ ratio vere humilis
ſcʒ per publicationē ſue vilitatis ⁊ ꝑ vilem tractatio
nem ſui ipſe fit minus vilis: ſed vt iam dictū eſt vere
humilis dolet de vilitate ſua et quantū poteſt nitit 7. gradꝰ.
vt indies fit minus vilis igit. Septimus vt hoc amet.
naʒ ꝑfecte humilis amat illud maxime quo perit ſua
vilitas: ſed ꝑ tollerātiā equanimē tractationis vilis
per publicationem ſue vilitatis diminuitur ⁊ tandē
perit ſua vilitas ergo vere humilis debʒ amare ⁊ de
ſiderare ꝙ cōtemptibiliter tractet. hi autem gradus Gradꝰ im
ſe habent ſcðm imperfectum ⁊ perfectū. Imperfectꝰ fectus.
enim gradus eſt cognoſcere vilitatē ſuam deinde do
lere de vilitate ſua: tertio hoc confiteri, quarto ꝑſua
dere vt credatur, quito patient ſuſtinere vt dicatur,
ſexto pati contēptibiliter ſe tractari, ſeptimo hoc de
ſiderare ⁊ amare. Iſti autem gradus nō vident egre
di a natura et conditione proprii actus humilitatis
ſicut multi priorū ⁊ quidem eorum ꝑtinent ad humi
litatem ſcðm continentiā. alii ad humilitatē ſecundū
perſeuerantiā ⁊ hoc in imperfectis. in perfectis vero
ad humilitatem ſcðm gradum temperātie. alii aſſi Tres gra
gnant tres gradus. primꝰ eſt ſubdere ſe maiori et nō dꝰ ſecūd
preferre ſe equali quam humilitatem dicunt eſſe ſuf alios.
ficientem. ſecūdꝰ eſt ſubdere ſe equali nec preferre ſe
minori et hec dicitur habundās tertiꝰ eſt ſubdere ſe
minori in quo ē omis iuſtitia, ⁊ hec habet gloſa Ma ☙
thei. iii Iſti tres gradus continent ſeptem precedens
tes. nam qui ſe ſubdit maiori quod fit per primum ⁊
equali quod fit ſecundū et minori quod fit per tertiū
ſubdit ſe cōtemptibilem exiſtimat et hoc confitet ⁊ ꝑ
ſuadet vt credatur non tantū verbis. ſed etiam acti
bus ſubiectionis et obedientie et non ſolum patiēter
ſuſtinet hoc dici ſed etiam operibus dicta aliorū cō
probat patitur ſe contemptibiliter tractari et amat
quia ſemetipſū ſubdit et ſubiicit minori quod ad tra
ctationem contemptibilem pertinet et dolet ſe eſſe cō
temptibilem quia vt dictum eſt vere humilis amat cō
temptibiliter tractari eo ꝙ quo magis contemptibi
liter tractatur eo magis deperit contemptibilitas
ſua et vere dignior efficitur. Iſti tamen tres gradus
non tam diſtincte explicant ea que explicantur per
ſeptem gradus precedentes, ſed verbis cōmunioribꝰ
et magis confuſis. Similiter per duodecim gradus
priores explicantur aliqua ſigna exteriora vere hu
militatis et cum hoc explicātur aliqui alii actus ali
arum virtutum ad quos humilitas inclinat median
te actu ſuo vt defigere oculos in terram pauca lo
qui, non loqui niſi interrogatus, non eſſe facilem ſigna ex
ad riſum. Hec enim ſunt ſigna exteriora vere hu teriora
militatis. cōfeſſio peccatoꝝ eſt actus penitētie ad hūilitatꝭ
quē inclinat humilitas. Et ſi queras ad quā virtutē
moralē pertinet penitētia, dico ꝙ ad illā virtutem

cui opponitur peccatū cōfitēdū quia cōfeſſio illa nō
eſt niſi ſignū nolitionis et deteſtatiō peccati. De-
teſtatio autē l iuſticie pertinet ad iuſticiam ⁊ tracti-
dis ad māſuetudinē exprimūtur etiā in iſtis duode
cim gradibus aliqui excellētioꝛes actus ꝙ per hos
B tres vt puta ſe pnunciare omnibus viliorē ꝙ ſi re-
cte fiat eſt act⁹ excellēs humilitatis. Ex his patz re-
ſponſio ad queſtionē. ¶ Sed cōtra ea que dicta ſunt
Arguitur pꝛimo ſic nulla virtus inclinat ad falſaꝫ
opinionem, ſed ſi quis credat ſe omnibus viliorem
aut ſe indignum ⁊ impotentē ad omia habebit fal
argumē. ſam opinionem cū non quilibet humilis ſit omni-
thome. bus alijs vilioꝛ nec ſit ad omnia impotens igitur.
2.2. que. ¶ Secūdo cōfeſſio peccatoꝝ obedientia ⁊ patientia
argu. 6. pertinet ad alias virtutes: ſed in iſtis gradibus enu
merantur cōfeſſio peccatoꝛum obedientia ⁊ patien
tia ergo iſti nō ſunt gradus humilitatis. ¶ Tertio
humilitas ab interioꝛibus ad exterioꝛa pcedit ſi-
cut ⁊ cetere virtutes ergo incōuenienter in pꝛemiſſis
gradibus pꝛemittūtur ea que pertinēt ad exterio-
res gradus hijs que pertinēt ad iteriores ¶ Quar
to ſecūdū Auguſtinū libꝛo de virginitate menſurē
humilitatis cuiqꝫ ex menſura ipſius magnitudinis
data eſt cui eſt periculoſa ſuperbia que amplius am
plioꝛibus inſidiatur: ſed mēſura magnitudinis hu
mane nō poteſt ſub certo numero graduum deter-
minari ergo nō ſunt aſſignādi certi gradus humili
tatis. ¶ Ad pꝛimū dico ꝙ vt ſupꝛa patuit ad iudici
um aliquod quod ſecūdū rei veritatē eſt falſū incli
nat aliquādo virtus moꝛalis vt patet de iuſticia ꝗ
inclinat ad interpꝛetādū facta pximoꝝ in melioꝛeꝫ
virtus in partem ⁊ de hoc ſupꝛa fatis. Dicit tamē Thomas
clinat ad ꝙ quis poteſt ſe credere ⁊ pꝛonunciare omnibus vi
falſum. lioꝛeꝫ abſqꝫ falſitate ſecūdū defect⁹ occultos quos
in ſe recognoſcit ⁊ dona dei que in alijs latēt. ſi di
xiſſet beatus Thomas ꝙ quis poteſt hoc credere ſi
ne mēdacio, ego faciliter cōceſſiſſem ſed nō videtur
mihi verū ꝙ ſine falſitate hoc poſſit. Patet ſūt de
cem viri boni ⁊ humiles. Tūc arguo ſic quilibꝫ iſto
rum credit ſe omnibus viliorē aut ergo ita eſt ꝙ q̄
libet eſt omnibus alijs vilioꝛ aut non. ſi non ergo
Contra multi eoꝝ falſe iudicāt ſi ſic tūc arguo ſic ſequitur
thomam quilibet eſt omnibus alijs vilioꝛ ergo pꝛimus eſt ſe
cūdo vilioꝛ ⁊ vltra ergo nō eſt ſecūdus vilioꝛ pꝛimo
⁊ vltra ergo nō quilibet eſt omnibus alijs vilioꝛ. ſe
cunda ꝯſequentia pbatur da oppoſitum ꝯñtis ſe-
cundus eſt vilioꝛ pꝛimo. Arguo ſic ſecūdus eſt vili-
oꝛ pꝛimo ſed pꝛim⁹ eſt vilioꝛ ſecūdo, ergo pꝛim⁹ eſt
vilioꝛ ſeipſo. cōſequēs implicat ⁊ ſecūda pars an-
tecedētis eſt conceſſa ergo pꝛima eſt falſa ⁊ incom
poſſibilis ſecūde. Dices ꝙ licet ſecūdus nō ſit ſim-
pliciter vilioꝛ pꝛimo, eſt tamen in aliquo vilioꝛ hoc
non impedit quia nō ſequitur iſte eſt in aliquo vili
oꝛ ergo eſt vilioꝛ, ſicut non ſequitur ego ſum in ali
quo te doctioꝛ ergo ego ſum te doctioꝛ, et hoc ppter
negationem icluſam in cōparatiuo. Et pꝛeterea di
co ꝙ poſſunt dari duo tres ⁊ quatuoꝛ ⁊ multo plu-
C res quoꝝ vnus excedit alios in omni perfectione q̄
eſt in ipſis ⁊ exceditur ab eis in omni vitio ⁊ defectu
qui in eis reperit. Et ſi q̄ras que ꝯcurrūt ad faciēdū
iudiciū de vilitate maioꝛi ⁊ minoꝛi. Dico ꝙ bōa ⁊ p
Quilioꝛ al fectiones cōſiderāde ſunt tam ſecūdū multitudinē
tero ſit. ꝙ ſcdm excellētiā ⁊ defectus ⁊ vicia tā ſcdm multitu
dinē ꝙ magnitudinem: ſiue excellentiam. nam ſi ali-
qui ſint pares in perfectionibus et impares in de-
fectibus ille eſt vilioꝛ in quo ſunt plures defectus
vel grauioꝛes, et ſi aliqui ſint pares in defectibus
ille eſt vilioꝛ qui excedit in perfectionib⁹ aut ſcdm
numerū aut ſcdm magnitudinē. Nam vnus aliquan
do habet plures pfectiones ꝙ alius, et poteſt etiaꝫ
fieri ccomparatio perefectionum ſecundum nume-
rū ad perfectiones ſecundum magnitudinē. Nam
vnus aliqñ habet plures perfectiones ꝙ ali⁹ et ta
men alius hꝫ tres aut quattuoꝛ in excellenti gra-
du ⁊ ſimiliter ꝯtingit in defectibus. ¶ Ad ſcdm di
co de cōfeſſione pctōꝝ ⁊ obedientia ſcdm opinio
nem quoꝛūdā ꝙ licet non ſint actus imediate elici-
ti ab habitu humilitatis ſunt tñ actus eliciti ab ea
mediate ſcꝫ mediante actu ſuo elicito vt frequenter tho ſcda
dictū eſt. Et in hāc ſolutionē ſatis cōuenit a beat⁹. ſcdē q̄ſtio
Thomas ita dicens. nō eſt aūt incōueniens ꝙ ea q̄ ne ibi ſo-
ad alias virtutes. ptinent humilitati aſcribant q꞉ lutiōe ad
ſicut vnū vitium oꝛitur ex alio ita naturali oꝛdine ad pmū.
actus vnius virtutis pcedit ex actu alteri⁹. De pa
tientia aūt dico ꝙ non partiū ad aliud genus vir-
tutis: ſed facit ſpeciē ſub hūilitate et ptinet ad gra
dum pſeuerantie, non deſiſtere eſt ab opere virtu-
tis. pp er tollerātiā duroꝝ humilitas eſt ſcdm per
ſeuerantiā vt ſatis ptꝫ ex diſtinctione ⁊ modis pati
entie ſupꝛa poſitis. Ad tertiū reſpondet btūs Tho D
mas ꝙ hō ad humilitatem pueniꝫ per duo. pꝛimo
quidē ⁊ pꝛincipaliter p gratie donū ⁊ ſic ad hoc i
terioꝛa precedūt exterioꝛa. alio modo per humanū
ſtudiū per quod hō pꝛi⁹ exterioꝛa cohibet vt poſt ꝯtra tho
modū ptingat ad extirpandū iteriorē radicē ſcdm mam.
quem modū hic aſſignant hūilitatis modi. ¶ Con-
tra hanc ſolutionē Arguitur ſic non eſt bonitas in
actu exterioꝛi niſi ppter bonitatē actus interioꝛis, ꝗ
ſiue hō perueniat ad humilitatē p gratie donū ſi-
ue per humanū ſtudiū neceſſe eſt tñ ꝙ pꝛius habe-
at actū interioꝛē ꝙ bonū actū exterioꝛē. ¶ Scdo co
hibitio illa exterioꝛū aut imperata eſt mediāte ali
quo bono actu interioꝛi hūilitatis vel nō ſi nō ꝗ nō
eſt bona nec ad humilitate pertinet. ſi ſic ergo inte
rioꝛa pcedunt exterioꝛa in acquiſitiōe humilitatis
per ſtudiū humanum. Reſpondet ad iſta ꝙ beatus
Thomas non vult negare quin ſemper boni actus
interioꝛes precedāt exterioꝛes tā in humilitate ꝗ i
alijs ſed vult dicere ꝙ per illos actus interioꝛes pꝛi
mo debent cohiberi exterioꝛa ſigna ſuperbie ꝙ poſ
ſit extirpari mala radix. ¶ Contra hoc ſic arguitur
pꝛimo quia contingit humilitatē in multis acquiri
per humanum ſtudium in quibus nihil ē radicis cō-
trarie vt ſi quis ſtatim poſt annos diſcretionis et an
teꝙ vllo modo allectus fuerit ad ſupbiam det ope-
ram per exercicia continua humilitati acquirēde er-
go talia non procedit ab exterioꝛibus ad interioꝛa.
¶ Secūdo i pꝛimo gradu habet ꝙ pm⁹ grad⁹ ē coꝛ
de et opere ſēper hūilitatē oſtēdere defixis in terraꝫ
oculis et cōſtat ꝙ non oſtenditur humilitas que non Opinio
ineſt quia tunc eſſet falſum et fictum ſignum ergo o doctoꝛis
ſtenditur humilitas que in eſt, ſed nō ineſt humili-
tas niſi coꝛrupta ſit radix cōtraria igit ꝓus eſt re-
dicē coꝛrūpi q̄ exterioꝛa cohibere. dico igr aliꝫ con
cedēdo afcēdēs ⁊ negādo ꝯſequētiā q꞉ illi gradus
pꝛioꝛes licet reſpiciant exterioꝛa quedā tanꝙ actus
impatos vel cohibitos, reſpiciūt tñ iterioꝛa ſcilicꝫ
volitiones et nolitiones tanꝙ actus ab humilitate E
elicitos qui pꝛimi ponūtur quia facilioꝛes ſunt et
ab humilitate minoꝛes gradus poſſunt pꝛoducere
¶ Ad quartū concedo ans et vult ibi dicere Auguſti
nus ꝙ gradus humilitatis ſunt tanto excellentioꝛes
quāto maioꝛ fuerit pſona que illum actum humilita
tis exercet. Et ideo quilibet illoꝝ duodecim gradum
ad hoc poſſunt ſubdiuidi diuiſione ſūpta ex magni-
tudine ⁊ conditione perſonaꝝ. et cū dicitur ꝙ menſu
ra magnitudinis humane non poteſt ⁊c Dico ꝙ ma
gnitudines ſpecie differentes differentia notabili eꝫ

ſenſibili poſſunt cōprehendi ſub certo numero / ſiue
tamen ſic ſiue non. Dico ꝙ oēs gradus humilitatis
ſumpti ex iſtis magnitudinibus hominū comprehē-
duntur ſub iſtis duodecim gdibus / quilꝫ tn̄ gradus
adhuc poterit ꝯ̄uidi diuiſione ſumpta ex circūſtā
tia perſone ſi. ꝗz ille habebit maiorē humilitatem
primi gradus qui cū ſit perſona excellētior et ma-
ior ⁊ dignior / nichilominꝰ defigit eque oculos in
terrā ſicut alius qui eſt notabiliter minor / ⁊ hoc ſi
aliud nō obſtet. Ad rationē ante oppoſitū negatur
ꝯ̄ña ꝗz iſti duodecim gradus in illis tribus cōtinē-
tur / neqꝫ eſt incōſuetū ꝙ aliquid idē aliqñ i duo mē
bra aliqñ in tria aliqñ in ſex vel plura diuidatur
ſcḋm ꝙ diuiſio ſit ꝑ terminos magis vel minꝰ cōes
quāto eñ termini diuiſiōis ſunt minꝰ cōes tāto ne-
ceſſarie eſt vt diuiſio plura membra contineat.

Conſequitꝰ inquirendū eſt de
perſeverātia quā multi putant eſſe partē
fortitudinis vel magnanimitatis. Quęri
tur ergo primo. Utrū perſeuerantia ſit pars forti
tudinis? ¶ Arguitꝰ ꝙ ſic auctoritate Tulii in rheto
rica ſua qui ponit eā partē fortitudinis. In oppoſi
tū arguitꝰ perſeuerantia eſt ſcḋm Ariſ. gradus vir
tutis qui in oī virtute reperitꝰ ꝗ perſeuerantia non
eſt pars fortitudinis. ¶ Pro queſtione eſt notādū
ꝙ perſeuerātia accipitur quadrupliciter. Uno mo-
do pro ꝑfecta continuatiōe operis virtuoſi quo tā
diu inſiſtitꝰ operi ꝗ̄ diu recta ratio dictat eſſe inſi-
ſtendū ⁊ hoc ſiue difficultatē patiamur in cōtinua-
tione operis ſiue nō et ſic hñs temperantiā gradū
bene perſeuerat ꝗz talis cōtinuat opus virtutis lꝫ
non patiatꝰ notabilē difficultatem. Scḋo modo ac
cipitur perſeuerātia pro cōtinuatione operis vir-
tuoſi nobis difficilis qua tā diu inſiſtitur operi ꝗ̄
diu recta ratio dictat eſſe inſiſtendū ⁊ hoc ſiue diffi
cultas ꝓueniat ex hoc ꝙ retrahimur ab opere vir-
tutis ꝓpter aliqua delectabilia ſiue ꝓpter aliqua
triſtabilia. Et hoc mō hñs ꝯtinentiā gradum ſcḋm
eā perſeuerat i opere. Tertio modo accipitꝰ perſeue
rantia pro cōtinuatione operis virtuoſi difficilis
nobis ꝓpter triſticias ab hmōi opere retrahentes
⁊ hoc ſiue ille triſticie ſint infra cōmunem hoīm fa-
cultatē ſiue nō hoc modo hñs gradū heroicū virtu
tis ſcḋm eū perſeuerare pōt. Quarto mō accipitur
pſeuerātia pro inſiſtentia operi virtuoſo qḋ eſt dif
ficile nobis ꝓpter triſticias ab hmōi opere retra-
hentes que ſunt infra cōmune facultatē hoīm ita ꝙ
frequēter hoīes vincūt tales triſticias et frequēter
ab eis vincunt. Et hoc mō nec heroicus nec tēpera-
tus nec ꝯtinēs cōtinuando actus ſuos pſeuerare di
cunt. Nō tēperatus ꝗz tēperato / opus virtutis non
eſt difficile. nō heroico ꝗz difficultas quā patitꝰ eſt
ſupra cōmunē facultatē hoīm nec tales difficulta-
tes frequēter hoīes vincūt lꝫ raro nō ꝯtinēs ꝗz opꝰ
nō eſt ei difficile ꝓpter triſticias retrahētes: ſed ꝓ-
pter declarationes in ꝯtrariū allicientes. hos vari-
os modos ego fui coactꝰ ponere ad ꝯcordationē di
uerſoꝝ auctoꝝ: cōſtat tn̄ oēs qui periti ſunt i mora
li phia. Ariſ. ꝙ Ariſ. tn̄ accepit pſeuerantiā quar-
to mō vt pꝫ vbiqꝫ in ſeptimo ethicoꝝ. ¶ Pro cuius
declaratiōe ponuntꝰ aliq̄ ꝓpōnes. Prima eſt de rō
ne pſeuerātie ſcḋm Ariſ. eſt ꝙ ſit pugna / ⁊ retractio
ab ope virtutis. ꝓbatꝰ vbicūqꝫ eſt ꝯ̄tenētia ibi eſt pu
gna ⁊ retractio ab ope: ſed in oī pſeuerantie ſcḋm
Ariſ. eſt ꝯ̄tenētia igitꝰ. maior eſt certa ꝗz ſi non eſſet
ꝗ pugna ibi retractio nō eēt ibi ꝯ̄tenantia. ⁊ minor
ꝓbatur per Ariſ. in ſeptimo ethicoꝝ. Perſeuerare
eſt enim in eo quod eſt cōtratenere. Ubi Euſtratius
perſeuerare enim eſt indetinere id eſt in non laxare
.i. nō vinci a vehementibus triſticiis a quibus mul
ti vincuntur. Et paulo poſt deficiens autem id eſt
victus a triſticiis ad quas multi fortes ſunt et con
tra tendunt et poſſunt ſuperare ipſas mollis eſt.
Et beatus Thomas in cōmento perſeuerare enim
dicitur aliquis ex eo quod tenet ſe cōtra aliquid im
pellens. ¶ Secūda ꝓpoſitio de ratione perſeueran 2. ꝓpoſ.
tie ſecūdū Ariſ. eſt ꝙ hmōi pugna et retractio ſit a
triſticiis. ¶ Tertia ꝓpoſito ꝙ opꝫ ꝙ hmōi triſticie
ſint vehementes. ¶ Quarta ꝓpoſitio ꝙ hmōi triſti 3. ꝓpoſ.
cie nō debēt eſſe ſupra cōmunē facultatē hominum
ꝓbātur iſte ꝓpoſitiones per. Ariſ. in principio eiuſ- 4. ꝓpoſ.
dem capitꝰ ita dicentē. Circa aūt indicꝫ que per tactuꝫ
et guſtū delectationes et triſticias ⁊ cōcupiſcētias
⁊ fugas circa quas ⁊ intemperātia ⁊ temperātia de
terminata eſt prius / eſt quidē ſic habere vt vinci et
quibus multi meliores eſt autē ſuperare et quibus
multi minores hoc eſt cōtingit vinci ab hiis delec-
tationibus ⁊ triſticiis quas multi ſuperant / conti
git etiam ſuperare ⁊ vicere eas delectationes et tri
ſticias quibus multi ſunt minores id eſt a quibꝰ mul
ti ſuperantur hoꝝ autē hic circa delectationes id ē
ille qui vincitur a delectationibus. incōtinēs autē
hic id eſt ille qui ſuperat hmōi delectationes dicitꝰ
cōtinēs. Et ſequitur circa triſticias mollis ille ſcili
cet qui vincitur / hic autem ſcilicet qui vincit per-
ſeuerans vbi Thomas ſuperatus a delectationibꝰ
tactus quas multi ſuperant eſt incōtinēs ſuperans
vero delectationes tactus a quibus multi ſuperan
tur dicitur cōtinēs / ſed circa triſticias ꝯ̄trias hic ſci
licet ſuperatus ab hiis quas multi ſuperāt dicitur
mollis ſuperās autē eas a quibus multi ſuperātur
dicitur perſeuerās. eādem ſentētiā habet Euſtraci-
us loco eodē. ex quibus patet ꝙ ſecūdū. Ariſ. opor
tet ꝙ pugna illa et retractio fiat a triſticiis quia ſi fi
eret a voluptatibus ⁊ delectationibꝰ tūc virtꝰ qua
ſuperamus eſt ꝯ̄tinētia oportet etiam ꝙ hmōi tri
ſticie ſint vehemētes quia oportet eas eſſe tātas ꝙ
ab eis multi ſuperantur. ideo dicit textus quibus
multi minores ⁊ hoc patet etiam ex Thoma ⁊ Eu-
ſtra. oportet etiā ꝙ nō ſint ſupra cōmunē hominem
facultatē quia oportet eas eſſe tales vt eas multi ſu
perēt ſed nō ſuperāt eas multi que ſunt ſupra cōmu
nē hominū facultatē igitur. Per primū ⁊ tercium
differt pſeuerātia a temperātia gradu quia vel in ea
nō eſt pugna vel ſi ſit pugna nō eſt vehemēs. per ſe
cūdū differt a cōtinētia / per quartū differt a virtute
heroica. vtrum autem hec quarta acceptio ſit pro-
pria acceptio perſeuerātie vel non dependet ex vſu
auctoꝝ veterū Aretinus tamen trāſſerando libros
Ariſ. loco pſeuerātie vſus eſt nomine ꝯſtantie et ſe
cundū rei veritatem cōſtantia magis videtur i por
tare cōtra tenētiā ſiue cōtra ſtantiā ꝗ̄ perſeuerātia
ꝗ̄uis Tullius nomine cōſtātie aliter vtatur appelā
do cōſtantiam cum dicta aut facta poſteriora dictꝫ
aut factis prioribus cōcordāt. Sed paulo poſt de ri
gore ſignificationis terminorū dicitur. ¶ Sit pͥma
cōcluſio nō omnis perſeuerātia pertinet ad fortitu
dinē quomodocūqꝫ accipiatur perſeuerātia. proba
tur immanētia in opere virtuoſo vel cōtinuatio o-
peris virtuoſi nō eſt aliud ꝗ̄ opus ipſum virtuoſū
vel habitus inclinans ad illud ſicut immanētia in
opere iuſticie non eſt aliud ꝗ̄ ipſum opus iuſticie. ſi
ſit immanentia actualis / vel habitus iuſticie ſi ſit
immanētia habitualis. ſed perſeuerātia non eſt a-
liud ꝗ̄ immanētia actualis vel habitualis in opere C.
virtuoſo / vel cōtinuatio operis ſecūdū aliquos igitur
¶ Pro intellectu tamē huius rationis et ſignifica-

tiõnẽ termini. Eſt aduertendũ ꝙ multi putant ꝙ̄ ꝑ
ſeuerantia dicat cõtinuationẽ operis virtuoſi. Et
in hanc ſignificationem multi viſi ſunt nomine ꝑſe
uerantie. ſed ſecũdũ Ariſ. nõ eſt ita. ſed dicit perſe-
uerãtia immanẽtiã dictamini rationis de agendo
vel fugiendo ⁊ electõi recte huiuſmodi dictamini cõ
formi vnde cũ quis agit virtuoſe reperiunt̃ ibi tri
a dictamen rectũ electõnem dirigẽs, electõ recta dicta
mini cõformis ⁊ opus mediante electione impera-
tum quod eſt executio electionis. Dico ergo ꝙ con-
In opere tinẽtia ⁊ ꝑſeuerẽtia ⁊ etiã cõſtantia dicũt immanẽ
virtuoſe tiam rationi q2 ſcilicet per eã iclinamur eligere cõ-
tria repe formiter dictamini recte rationis nõ obſtantibus
riuntur. impulſionibus a vehemẽtibus delectationibus aut
triſticiis factis vt dictamẽ rationis deſideramus
dicunt etiã immanentia electioni. nã multi eligunt
ieiunare aut cõtinere qui hmõi electioni nõ imma-
nent ꝓpter delectationes aut triſticias ad oppoſi-
tum impellẽtes. Hec intẽtio Ariſ. explicãtur apertiſ
ſime in ſeptimo ⁊ vltimo capitulo tractat⁹ p̄mi vbi
inquit que immanentia requiritur ad cõtinentiam
ſub qua cõtinẽtia ipſe cõpᵱhẽdit perſeuerãtiam ſi
cut cõſtat eũ feciſſe in primo capitulo libri eiuſdem
cum tres gradus virtutis enumerauit vbi ita dicit
Ariſ. verũ autẽ cõtinẽs eſt qui qualicũq3 rõni et q̄li
cũq3 electioni imanet vel q̄ recte ⁊ incõtinẽs autẽ q̄ nõ
immanet qualicũq3 electioni ⁊ q̄licunq3 rationi vel q̄
falſe rationi et electioni nõ immanet quẽadmodum
dubitatũ eſt primo ⁊c: vbi patet ex terminis queſtio
nis quã immanẽtiã vel immorationẽ importẽt hec
nomina et id frequẽter reperit per totũ capitulum,
hoc etiam ꝓbatur per illud quod de hmõi imminẽ
tia et in moratione habetur in tertio. Eſt autẽ indi
difficile quandoq3 iudicarem quale pro quali eligẽ
dum et qui pro quo ſuſtinẽdũ. ⁊ ſequitur adhuc au
tẽ difficilius immorari cognitis vbi Areunt trãſla
tio eſt autẽ difficilius in ſentẽcia permanere poſtꝙ̄
cognoueris. His ſuppoſitis ꝓbatur ſecũdo conclu
ſio omnis habitus inclinãs voluntatẽ ad hoc ꝙ cõ
formet electionem ſuam dictamini rationis ⁊ exeq̄
tur cõformiter huic electioni eſt perſeuerantia ge-
neraliter accepta: ſed omnis virtus moralis incli-
nat volũtatẽ vt ſe ↄformet dictami recte rõis ⁊ icli
natetiã ad executionẽ operis cõformiter ad hmõi
electionẽ ergo omnis virtus eſt perſeuerantia. ꝙ ſi
quis dicat proteruiẽdo ꝙ perſeuerantia importat
cõtinuationẽ operis virtuoſi hoc nõ impedit quia
vel recta ratio dictat eſſe cõtinuandũ vel nõ. ſi ſic er
go cõtinuando immanet recte rationi ⁊ recte electi
oni ⁊ nõ cõtinuando nõ immanet. ſi nõ ergo nõ con
tinuando nõ omittit cõtra rectam rationẽ. ¶ Secũ
da cõcluſio perſeuerantia generaliter accepta non
eſt aliud ꝙ̄ virtus perſeuerãs accipiendo virtutem
Perſeue cõmuniter ad actum ⁊ habitũ patʒ q2 vt iam dictum
rãtia et eſt omnis virtus eſt perſeuerantia ergo perſeuerã-
actus ꝑ tia nõ eſt aliud ꝙ̄ virtus perſeuerãs. Secũdo perſe
ſeuerãs uerantia eſt virtus, aut ergo eſt virtus perſeuerãs
aut alia. ſi primũ habetur intentũ. ſi ſecundũ tũc ſic
illa alia virtus poteſt habere opus cõtinuatũ ⁊ po
teſt quis in ea perſeuerare aut ergo perſeuerantia
eius erit eadem ipſi aut alia virtus. ſi primũ ergo
pari ratione ſtandũ fuit in prima. ſi ſecũdũ iterum
queretur de perſeuerãtia illius alterius perſeuerã
tie ⁊ ſic erit proceſſus in infinitũ vel ſtabitur tãdem
in aliqua, ſed ratione ſtatur in via ſtari poterat in
prima igitur. Tertio poſito recto dictamine ⁊ ele-
ctione recta et opere imperato iuſticie cõtinuato ꝑ
aliquod certũ tẽpus quibuſcũq3 aliis virtutib⁹ re-
motis ponitur perſeuerãtia iuſticie ergo perſeuerã
tia iuſtice nõ dicit quãcũq3 aliã virtutẽ moralẽ a iu
ſticia ergo nec ꝑſeuerantie aliarũ virtũ dicũt aliam
virtutẽ ab eis. Quarto iuſticia inclinãs ad eligendũ
cõformiter recte rationi ⁊ exequẽdũ ↄtinuandũ cõ
formiter tã diu ꝙ̄ diu recta ratio dictat eſſe cõtinu
andum ⁊ ſilr̃ q̄libet alia virtus ergo vnaqueq3 vir
tus ſufficit ad hoc ꝙ in opere eius perſeueret ergo
nõ eſt neceſſaria preter virtutes ceteras ponẽda ꝑ-
ſeuerantia alia ꝓbatur per Ariſ. in ſcdo vbi ponit
cõditiones operis virtuoſi ex parte ipſius operã-
tis oportẽt ꝙ operet̃ ſciens ⁊ eligẽs ⁊ eligens ꝓpter
hoc firmiter ⁊ imobiliter, ſed cõſtat ꝙ ſi eligit ⁊ ope
retur firmiter ⁊ immobiliter vult operari ꝙ̄ diu re
cta nõ dictat eſſe operandũ igit̃. ¶ Tertia ↄcluſio
ꝑſeuerantia nõ eſt virtus adiũcta fortitudini pluſ
ꝙ̄ alie virtutes morales ꝓbat̃ q2 vt dictũ perſeue-
rantia nõ eſt virtus ſpẽalis ab aliis diſtincta igit̃
¶ Quarta cõcluſio accipiẽdo ꝑſeuerantiã quarto
mõ nõ q̄libet virtus eſt ꝑſeuerantia. ꝓbatur q2 iuſti
cia ſcdm gradũ tẽperantie nõ eſt perſeuerantia q̄r.
tomodo nec iuſticia ſm gradũ cõtinẽtie ſtricte ac-
cepte eſt ꝑſeuerantia nec iuſticia ſm gradũ heroi-
cũ eſt perſeuerantia ꝙ̄ nõ ois virtus eſt perſeueran
tia hoc modo accepta. Aſſũ ſatis patʒ ex his que di-
cta ſunt, iuſticia eñ ſm gradum tẽperantie non hʒ
pugnam ex vehementibus paſſionibus iuſticia ſm
gradũ ↄtinentie non hʒ pugnã ex triſticiis ſed ex de
lectationib⁹ iuſticia ſcdm gradũ heroicũ hʒ pugnã
ex triſticiis excedentib⁹ cõem facultatẽ hoim, ſed ꝑ
ſeuerantiã habet pugnã ex triſticiis vehemẽtib⁹ in
fra tñ cõem facultatẽ hoim poſſetis igitur. ¶ Quin
ta cõcluſio. perſeuerãtia quarto modo accepta eſt
magis ꝓpria fortitudini ⁊ magnanimitati ꝙ̄ cui-
cũq3 alteri virtuti. probat̃ q2 in oi ope fortitudinis
⁊ magnanimitatis eſt difficultas ex parte triſticia
rũ retrahẽtiũ ab opere nõ ſolũ ꝓpter diuturnitatẽ
ſed etiã ꝓpter grauitatẽ laborũ ⁊ periculorũ ita ꝙ
difficilimũ eſt in actibus fortitudinis et magnani-
mitatis que eſt circa adminiſtrationes graues tñ
exerceri ꝙ ꝗs perueniat ad gradũ tẽperantie ⁊ hãc
puto eſſe cauſã ꝓpter quã poſuit. Cicero ꝑſeueran-
tiã ꝑte fortitudinis q2 eſt maxime ꝓpria fortitudi- E
ni ⁊ ſibi maxime neceſſaria. ¶ Sexta cõcluſio. Per
ſeuerantia fortitudinis eſt pars fortitudinis ꝓba
tur ois gradus fortitudinis eſt pars fortitudinis ſi
cut ꝑſeuerãtia fortitudis eſt gradus fortitudinis ſi
ed ꝑſeuerantia iuſticie eſt gradus iuſticie igit̃. ma-
ior ⁊ minor ꝓbãtur q2 fortitudo ſicut alie virtutes
hʒ tres gradus ſpecie diſtinctos ſcʒ cõtinentiã, tẽ-
perantiã, ⁊ heroicã fortitudinẽ. ⁊ cõtinentia grad⁹ grad⁹ x̄-
diuidit̃ in duos ſcʒ in ↄtinentiã ꝓpẽe dictã qua in tutis ſp̄e
clinamur ad vincendũ delectationes retrahentes diſtiguũt.
nos ab opere fortitudinis que ſunt infra cõem fa-
cultatẽ hoim, vt ſi quis tẽptaret̃ non pugnare pro
patria ꝓpter delectationẽ ciborũ ⁊ potuũ aut vene
rorũ quib⁹ allicit̃ incũbere tẽpe pugneant. que ſperã
tur ceſſando a pugna ſicut legit̃ feciſſe achilles ⁊ in
perſeuerantiã qua inclinamur imanere rõni ⁊ ele-
ctioni recte cõtra triſticias vehemẽtes nos retrahẽ
tes. Ex his conſtet ꝙ aliqua fortitudo eſt perſuerã
tia fortitudinis ⁊ non ois fortitudo eſt ꝑſuerantia
fortitudinis ergo ꝑſeuerãtia fortitudinis eſt pars
fortitudinis. ¶ Cõtra primã concluſionẽ arguitur
ſic quicquid firmitatẽ facit ↄ̄ difficultatẽ diuturni-
tatis ꝑtinet ad fortitudinẽ, ſed perſeuerantia ſer-
uat firmitatẽ cõtra difficultatẽ diuturnitatis ꝙ̄ per-
tinet ad fortitudinẽ: ¶ Scdo quicq̄d moderat̃ timo-
rẽ fatigationis aut defectus ꝓpter diuturnitatis
operis pertinet ad fortitudinẽ q2 fortitudo eſt mo-

deratiua timoris et audacie, ſed pſeuerantia mode
ratur timorē fatigatiōis ꝓpt diuturnitatē operis

Nō thome ſcda ſcde qſtione. 137 articulo. 4°.

igitur partiū ad fortitudinem. ¶ Tertio ois virtus
adiuncta fortitudini ſicut ſcdaria principali parti
um ad fortitudinē, et perſeuerātia eſt adiūcta forti
tudini ſicut ſcdaria principali ḡ perſeuerātia par
tiū ad fortitudinē. minor probat̄ ois virtus cuius
laus ꝯſiſtit in ſuſtinēdo aliqd difficile eſt adiuncta
fortitudini ſicut ſcdaria principali qꝛ fortitudo fir
mat aīm vt ſuſtineat pericula mortis in quibꝰ vt cō
ſtat difficilimū eſt perſiſtere et ideo ipſa eſt princi
palis cū exerceat illud quod eſt in materia ſua dif
ficilimū. Alie aūt que exercent ea que ſunt minꝰ dif
ficilia ſcʒ tollerantiam aliorū difficiliū ſunt minus
principales et annexe, ſed perſeuerantia facit ſuſti
nere difficultatē q̄ prouenit ex diuturnitate operis
igit̄. ¶ Quarto arguitur auctoritate. Ciceronis in

argumē: tū thome vbi ſupra

rethorica ſua qui ponit perſeuerantiā partē fortitu
dinis. ¶ Ad primā nego maiorē nā iuſticia firmita
tem ſeruat contra difficultatē diuturnitatis et tēpe
rantia vt patꝫ in ieiunio et quelibet virtus moralis
ſaltem ſm aliquem gradum eius, aliqua enim recta
ratio iuſticie directiua dictat operandum eſſe iuſte

5

et neqꝫ pro labore neqꝫ pro diuturnitate ceſſandum
eſſe ab opere iuſticie, imo aliquando dictat ꝙ nec ꝓ
quocūqꝫ detrimento vel periculo ceſſandum eſſe. Cō
ſtat autem ꝙ ſicut ratio prudentialis poteſt ita di
ctare ita et habitus iuſticie poteſt conformiter incli
nare ergo iuſticia ſaltem in aliquo gradu ſuo incli
nabit ad ſeruandum firmitatem contra difficulta
tem diuturnitatis. ¶ Ad ſcdam et nego maiorem et
minorem, et ad probationem dico ꝙ fortitudo non
eſt cuiuſcūqꝫ timoris moderatiua nec omnis vir
tus moderatiua timoris eſt fortitudo, ſed tantum
illa que moderatur timorem periculorum mortis
in bello aut timorem deficiendi in arduis et gra
uibus adminiſtrationibus nam illa virtus que mo
deratur timorem inopie non eſt fortitudo aut que
moderatur timorem offendendi in legem ſicut con
tingit in epikea eſt fortitudo. Et ſimiliter nego mi

nō ois virtus moderatiua timoris eſt fortitudo

norem, et ad probationem nego ꝙ perſeuerantia
moderetur timorē fatigationis ꝓpter diuturnitatē
ſed moderat̄ triſticiā fatigatiōis vel triſticiā ex diu
turnitate opis ꝓuenientē. Cum ſcdo qꝛ vt dictū eſt
perſeuerātia nō neceſſario dicit ꝯtinuationē opis
ſed dicit im̄anentiā vel rōni vel electiōi recte ſicut
ſupra declaratum eſt. ¶ Ad tertiā nego minorē, et
ad probationē nego primā ptē ꝯñtis, alias eīn ois
virtus eſſet adiūcta fortitudini ſicut ſcdaria princi
pali, cū ois virtus ſit circa difficile et aīm firmū cō
tra aliquid difficile. Et ad probationē dico ꝙ aſſū
ptum non hꝫ apparentiā niſi de virtutibus circa eā
dem materiā exiſtibus. Et adhuc vtrū hoc ſufficiat
queſtio eſt. Et cum dr̄ ꝙ perſeuerantia facit ſuſtine
re et cē. Dico ꝙ perſeuerantia iuſticie facit ſuſtinere
difficultatem que prouenit ex diuturnitate operis
iuſti, et fortitudinis operis fortis, et tēperātie opis
tēperati. ſed nulla vna pſeuerantia etiam gñe facit
ſuſtinere oēm difficultatē que ꝓuenit ex cuiuſlibet
operis virtuoſi diuturnitate. ¶ Ad q̄rtā rñſū eſt in
quinta cōcluſione. ¶ Cōtra ſcdam ꝯcluſionē arguit̄

argumētū thome vbi ſupra argumēto pmo.

ſic. primo vbicūqꝫ occurrit ſpecialis ratio difficul
tatis vel boni ibi eſt ponenda ſpecialis virtus ſed
in oī ope virtutis pōt occurrere ſpēalis rō difficul
tatis et boni ex ipſa diuturnitate, q̄ vincere hmōi
difficultatē ptīꝫ ad aliquā ſpēalē ꝟtutē et nō ē alia
ꝟtꝰ ad quā ptineret q̄ pſeuerātia ḡ pſeuerātia ē ꝟtꝰ
ſpēalis maior ꝓbat̄ qꝛ ſm Ariſ. ſcdo ethi. ꝟtus eſt
circa difficile et bonū, et minor ꝓbat̄ qꝛ opꝰ ꝟtutis

poteſt habere bonitatē et difficultatē ex duobꝰ. vnō
modo ex ſpē ipſius actus que accipit̄ ſcd̄m ratio
nem ꝓprii obiecti. Alio modo ex diuturnitate ipſius
temporis nā hoc ipſum quod eſt iā diu inſiſtere ali
cui difficili ſpecialē difficultatem habet. ¶ Scd̄o

argumē. tho. vbi ſupra articulo. 2.

omnis virtꝰ moralis q̄ amitti nō poteſt alia eſt a ꝟ
tutibus moralibus que poni cōſueuerūt qꝛ quilibꝫ
talis amitti poteſt, ſed pſeuerātia amitti nō poteſt
igitur. minor ꝓbatur et ſimiliter maior auctē Aug.
libro de pſeuerātia dicētis ꝙ pſeuerantiam nullus
poteſt amittere alias aūt virtutes homo poteſt a
mittere. ¶ Tertio nullū impfectū in genere virtutꝫ

argumē. thome. 16. ar. 5.

eſt pfecta virtus ſed pſeuerantia eſt imperfectum in
genere virtutis ergo nō eſt virtus pfecta et per ꝯñs
nō eſt virtus perſeuerās. maior videtur manifeſta
et minor ꝓbatur per Ariſ. in vii. qui dicit ꝙ cōtinen
tia eſt perfectior q̄ pſeuerantia, ſed cōtinētia nō eſt
virtus ergo nec pſeuerantia. Cum ſecūdo qꝛ mala

th. ar. 6.

tactus et guſtus ſunt tm̄ illi mala et difficilia qui
nō habet pfectā virtutē qꝛ tpato nō ſunt multū dif
ficilia eo ꝙ nec multū triſtatur ꝓpter pñtiam hmōi
malorum nec multū delectatur ꝓpter preſentiā bo
norū oppoſitorū ſcʒ ciborum et potuū et aliorū tāgi
bilium et guſtabiliū. ¶ Quarto perſiſtere diu in ope
re virtutis eſt opus alicuius virtutis et nō eſt cōmu
mune omni virtuti ergo eſt opus alicuius virtutis
ſpecialis et nō videtur cuius niſi pſeuerātie igitur
ſecūda pars añtis ꝓbatur quia nō cuilibet virtuti
cōuenit diu pſiſtere in opere. Cum ſecūdo qꝛ ſi hoc
eſſet omni virtuti cōmune tunc nullus actus eſſet ꝟ
tuoſus niſi in quo diu perſiſteretur ꝯñs eſt falſum.
Quare enim q̄uis parū duret poteſt eſſe actus vir
tutis, flectere genu, diſcoprire caput et multa ſimilia
poſſunt eſſe actꝰ virtutis q̄uis parū durēt. ¶ Qui

argumē. tho. vbi ſupra articulo. 1.

to ſic omnis habitus ordinās nos ad bene faciēdū
aliquid vel obmittendū eſt virtus ſpecialis ſed per
ſeuerātia eſt hmōi igitur. minor ꝓbatur auctoritate
Andronici dicētis ꝙ pſeuerātia eſt habitus eorūꝫ
quibus immanēdū et nō immanendū et neutrorum
¶ Sexto quicqd ſpecialiter percipitur eſt virtus ſꝫ
de pſeuerantia eſt ſpeciale preceptū igitur. minor ꝓ
batur. Cū primo quia in leuitico precipitur vt ca
put et caudā offeramus vbi per caput initiū opis ſi
gnificatur et per caudā pſeuerantia. Cum ſecundo
per illud euangelii. Nō qui incipit ſed qui perſeue
rauerit hic ſaluus erit. Cum tertio quicquid neceſſa
rium eſt ad ſalutē preceptū eſt per chriſtū vel eiꝰ a
poſtolos ſed pſeuerātia neceſſaria eſt ad ſalutē, cū
ſine ea nō ſit ſaluus. ¶ Septimo lōganimitas eſt vir
tus ſpecialis ergo perſeuerantia, ꝯña tenet qꝛ idem
ſunt. et añs ꝓbatur per Apoſtolum qui inter fructꝰ
ſpiritus enumerat lōganimitatē Ambroſius autē
dicit ꝙ ea que enumerat ibi Apoſtolus virtutes ſūt
¶ Octauo quicquid retribuitur pro meritis in hoc
ſeculo eſt virtus ſpecialis, ſed deus perſeuerantiā
nobis tribuit pro meritis in hoc ſeculo. Nam glo
ſa ſuper illud pſal. Retribuet michi d. ſecūdū iu. m.
ait ꝙ pro meritis bona ſpiritualia tribuit hic in p̄
ſenti ſcʒ per perſeuerātiā ¶ Nono ſi cōcluſio eſſet ve
ra ſequeretur ꝙ quis haberet tot pſeuerātias quot

argu. ſophiſticū.

habet virtutes ſed ꝯñs eſt falſum igitur minor patꝫ
quia ſicut in eodē corpore ſecūdū eandē partē non
poſſunt eſſe due albedines ita nec in eadē aīa due
perſeuerantie. ¶ Decimo. Sophiſtice arguit quidē
doctor antiquus: ſi quis perſeuerat in omni bono

doctor antiquꝰ. martinꝰ.

ſuo perſeuerantia eſt omia bona ſua, aut ergo eſt
aliquod de iſtis, aut nullū. ſi nullum ergo nichil eſt
ſi aliquod ergo cū ipſa ſit omnia bona illa ſimul ē
vnum et plura ¶ Vndecimo arguit alius doctor an

riquuōnomine martinus. deſitio eſt quedā propꝛie
tas in actu qui eſt ex eo φ aliqd eſt ⁊ non erit ſ̄ etiā
perſeuerantia eſt quedam ꝓpꝛietas in actu q̄ eſt ex
eo φ aliquid eſt ⁊ erit. ɔñam ꝓbat qꝛ ſi affirmatio
pꝛeſentis et negatio futuri ſufficiant cauſare aliq̄
pꝛopꝛietatē in actu ſcꝫ deciſi onē multo magis due
affirmationes vna p̄ntis ⁊ alia futuri pꝛopꝛietatē
in eōdē actu cauſare ſufficient. ¶ Cōfirmat̄ propꝛie
tas iuſticie non ineſt iuſto eo φ eſt et erit iuſtus ſed
ex eo φ eſt iuſtus ergo pꝛopꝛietas que ineſt iuſto ex
eo φ eſt et erit iuſt⁹ eſt alia a iuſticia ſed hmōi pꝛo-
pꝛietas eſt pſeuerantia ꝗ perſeuerātia in opere iu-
ſticie eſt alia ꝓpꝛietas a iuſticia. ¶ Duodecimo per
ſeuerantia nō eſt virtus ergo pſeuerantia nō eſt vir
tus pſeuerās. aña pꝛobaꝫ quicūqꝫ hꝫ caritatē habꝫ
oēm virtutē ſed multi habēt caritatē qui nō habēt
perſeuerantiā igiꝫ pſeuerantia non eſt virtus. ma-
ioꝛ ꝓbatur qꝛ quicūqꝫ hꝫ vnam virtutē habet oēs.
Cum ſcḋo qꝛ perſeuerantia finalis non eſt neceſſa
ria ad ſalutē. ergo nō eſt virtus. Antecedens pꝛo-
batur quicunqꝫ habet caritatē habet oē neceſſariū
ad ſalutem. ¶ Ad pꝛimā q̄ videꝫ eſſe potiſſima ratio
qua coactus eſt Beatus Tho. ponere perſeueran-
tiam virtutem ab alia diſtinctam. Reſpondeꝫ mul
tipliciter. Pꝛimo φ iſta ratio ſi aliquid concludat
non ſolum concludit φ perſeuerantia eſt virtus di
ſtincta ab alia ſed φ ſcḋm quālibet circunſtantiam
que poteſt afferre difficultatē in opere ponenda eſt
virtus diſticta nō ſolū ſpē ſed etiā genere ſcꝫ capiē
do maioꝛem Thome pꝛo maioꝛe. et ſub ea aliā mi-
noꝛem ſubſumendo. verbi gratia vbicunqꝫ accidit
ſpecialis rō difficultatis ⁊ boni ibi eſt ponēda ſpe-
cialis virtus. ſed ex circūſtātia loci. ex circūſtantia
modi agēdi. ex circūſtātia ſis. ex circūſtātia pſone i
ɔ̄noī virtute accidit ſpēalis rō difficultati boni nā
multo difficilius eſt ɔtinere irā cū pꝛeuipenſus eſ i
publico q̄ in pꝛiuato. cū a ſeruo q̄ cū a domino vel
ſocio. Similiter difficilius eſt exercere iuſticiam cō
tra potentem q̄ contra pauperem et pꝛo tēpoꝛe ꝓ
quo eges auxilio eius contra quē laturus eſt ſentē
tiam q̄ pꝛo tēpoꝛe pꝛo quo non egeas eius auxilio.
Scḋo ſicut ſpecialis accidit difficultas ex diutur-
nitate tempoꝛis ita etiam ſpecialis accidit difficul
tas ex frequenti repetitione operis vt patet in te-
ſtimo. ⁊ L quod ſpecialem difficultatem habet ex eo
φ frequenter repetendū eſt hmōi in teſtimō ⁊ tñ bea
tus. Thomas non ponit aliquā virtutē ſpecialē ꝓ-
pter difficultatē ꝓuenientē ex frequēti repetitio-
ne operis igiꝫ. ¶ Rñdeo tñ ſm veritatē ad maioꝛē
φ ſi p ſpēalem virtutē ipe intelligat virtutē tā ſpē q̄
genere diſtinctā a virtute illa q̄ eſt circa obiectū q̄d
vocat pꝛopꝛiū obiectū actus ſic ego nego maioꝛem
Si aūt per ſpēalē virtutē ipſe intelligat virtutē nō
genere ſed ſpecie diſtinctam ab illa virtute que eſt
ex difficultate ipſius actus ſcḋm ſe et non ex diffi-
cultate ipſius diuturnitatis vel alterius circūſtan
tie et ſic concedo maioꝛem et quicquid inde infer-
tur per bonam cōſequantiā. dico enim φ eſt vna ꝟ
tus iuſticie qua ego volo iuſte facere et non iniuſte
qꝛ recta ratio dictat aut ꝓpter deū et habit⁹ icli-
nās in talē actum nō ſcḋm aliam circunſtantiā eſt
bonus ⁊ laudabilis. ego volo etiā iuſte facere quia
recta ratio dictat cū intētione nō deſerēdi opus ꝓ
difficultate aut triſticia ꝓueniēte ex diuturnitate o
peris ⁊ habitus inclinās in hunc actū eſt bonus et
laudabilis ⁊ melioꝛ pꝛecedēte ⁊ diſtinctus ſpecie a
pꝛimo quia habet aliquid pꝛo obiecto ſcꝫ circūſtan
tiam triſticie ⁊ diuturnitatis quod nō habet pꝛioꝛ
Ego etiam volo facere iuſte quia recta ratio dictat
cum intētiōe nō deſerēdi opus pꝛo quocūqꝫ vtili vel
delectabili ꝓpter quod recta ratio dictat non eſſe
deſerendū ⁊ habitus inclinās in iuſtū actū ⁊ ſimi-
les eſt bon⁹ ⁊ laudabilis ⁊ ſpecie diſtinctus a pꝛio
ribus quia habet delectationes pꝛo obiectis quas
non habet alius actus. Ego poſſum etiā velle face
cere iuſticiā cū intētiōe nō deſerēdi eā pꝛo quocūqꝫ
quod eſt cōtra rectā rationē hoc eſt pꝛo quocūqꝫ ſi-
ue triſtabili ſiue delectabili pꝛo quo recta ratio di
ctat ipſum opus iuſticie nō eſſe deſerendū ⁊ habi-
tus inclinās ad iſtum actū ⁊ conſimiles adhuc eſt ex
cellētioꝛ tribus pꝛioꝛib⁹. ⁊ cū vna recta ratione in
clinat mediāte actu ſuo elicito: ad actū ſecūdi habi
tus et cū alia recta rōne ad actū tertii habit⁹. Ego
poſſum pꝛeterea habere actū quo ego volo facere
iuſticiam cū intētione nō deſerēdi eā pꝛo quocunqꝫ
quod eſt cōtra rectā rationē etiā nec pꝛo moꝛte qui
actus ſit foꝛmaliter ⁊ nō tantū equiualēter impera
tiuus executionis reſpectu moꝛtis ſuſtinēde ne de-
ſeratur tale opus ⁊ iſte actus ⁊ habitus inclinans
in ipſum dicitur heroic⁹ ⁊ eſt excellētiſſimus ⁊ ſpe-
cie diſtinctus ab omnibus aliis pꝛecedētibus acti-
bus. Dico tamen φ omnes iſti habitus continentur
ſub habitu iuſticie qꝛ omnes iſti actus habēt vnum
obiectū cōe ſcꝫ facere iuſticiā a quo obiecto cōmuni
reponitur actus ſub genere iuſticie. Dico pꝛeterea
φ omnes iſti act⁹ ſunt diſtincti ſpecie. Patet quia
aliquid eſt obiectū in poſterioꝛibus quod nō eſt ob
iectū in pꝛimo. ⁊ ſecūdus tertius quartus ⁊ quint⁹
habēt diuerſa obiecta. Et pꝛeterea nunq̄ vnu⁹ iſto-
rum habituū tantū poſſet intendi φ immediate in
clinaret in actū alterius ⁊ quilibet eoꝝ immediate
tñ inclinat in ꝓpꝛiū actū. pꝛim⁹ habitus eſt iuſticia
ſed nō cōſtituta in gradu ⁊ poteſt vocari ſimplex. ſe
cūdus eſt iuſticia in gradu cōtinentie diſtincte acce
pto cōtra gradū pſeuerātie. Tertius eſt iuſticia cō
ſtituta in gradu pſeuerētie. Quartus eſt iuſticia cō-
ſtituta in gradu cōtinētie cōmuniter accepte ad con
tinētiā pꝛopꝛie dictā ⁊ pſeuerātiā. Quintus habi-
tus eſt iuſticia i gradu heroico cōſtituta. Ad id aūt
quod arguendo cōtra. Thomā dicebam⁹ φ ſeque-
retur φ ſecundū quālibꝫ circūſtantiā que poſſet af-
ferre difficultatē in opere ponēda eſſet ſpecialis ꝟ-
tus. ¶ Ad hoc reſpondeo φ ſecūdū quālibet circun
ſtantiā facientē difficultatē ponēda eſt virtus ſpem
diſtincta a virtute ſimplici ita φ per illā circūſtan-
tiam difficultatē opus virtutis cōſtituitur i aliquo
gradu. Et ſi queras in quo: Dico φ vel illa circūſtā
tia difficultat actū per modū oblectātis ⁊ tunc con
tinetur ſub cōtinētia gradu aut per p modū cōſtri-
ſtātis ⁊ tunc cōtinetur ſub perſeuerētia gradu ⁊ ꝑ
xime ſi pugna ⁊ temptatio nō ſuperet cōem faculta
tem hominū verbi gratia locu⁹ vel perſona eſt ta-
lis vt per eā aut in eo habeat copioſū vſū volupta
tum ſuaꝝ que retrahunt a laboꝛe pꝛereqſito ad co-
gnoſcendū in cauſa aut que alliciūt eū vt in cauſa
cognita cōtra iuſticiā ſentētiet et tūc eſt cōtinentia.
aut locus eſt talis aut pſona vt ab eis patiaꝫ mul-
ta aduerſa ſi inſiſtat operi iuſticie ⁊ tunc erit iuſti-
cia ſm perſeuerantiā. Eodem modo dicendum eſt
de difficultate que ꝓuenit ex frequēti repetitione
operis. talis enim facit actum ſub perſeuerantia.
¶ Ad ſcḋam concedo maioꝛem. et nego minoꝛē ac-
cipiendo perſeuerantiam eo modo quo ſupꝛadictū vbi ſup.
eſt eam accipi. Et ad pꝛobationē rñdet beat⁹ Tho artic. 4.
φ Augu. non accipit ibi perſeuerantiam pꝛo habi in ſolutō
tu ſed pꝛo actu cōtinuatio vſqꝫ in finē ſcḋm illō Ma ne ad pꝛi
thei. xxiiii. Qui perſeuerauerit vſqꝫ in finē hic ſal- mum.
uus erit. Cōtra aūt rōnem perſeuerātie ſic accepte

Reſſio ad rationes thome.

eſſet vt amitteretur in qua ſolutiõe Tho. dicit tria bene notãda. Primū eſt ꝙ Augu. non accipit ibi pſeuerãtiã pro habitu. Nã dato quocunq̈ habitu qui eſſet perſeuerãtia talis poſſꝫ amitti per ceſſatio nem ab actib⁹. nã poſito ꝙ aliquis frequēter eliciendo actū volũtati perſeuerare in fide vſq̈ in finem aggeneret habitū qui dicatur perſeuerãtia conſtat ꝙ ille habitus poteſt deperdi per ceſſationē ab actibus. Dicit ſecũdo ꝙ accipit perſeuerãtiã pro actu continuato / ꝙ ſi acciperet terminos ꝓprie beatus. Thomas nõ ſecũdum ſentirē quia pauci ſunt qui habeant actū aliquē vel fidei vel ſpei vel alteri⁹ virtutis vſq̈ in finē cõtinuatū. cū neceſſe ſit ꝓpter naturę multiplices neceſſitates hmõi actus interrumpi ſed credo ꝙ intelligit per actū cõtinuatū actus ſibi inuicem vſq̈ in finē ſuccedētes aut actū vere cõtinuatum vſq̈ in finē ſicut eſt ille quē paulo ante finē incipim⁹ ⁊ credo ꝙ alterū ſufficit ad pſeuerãtiã. Dicit preterea ꝙ perſeuerãtia nõ poteſt amitti. Probat qꝛ ponat ꝙ a . t⁹ . ille q̃ fuiſſet pſeuerãtiã ſi fuiſſet cõtinuatus amittatur vel deſinat eſſe. Arguo ſic ille act⁹ nec eſt nec vnq̃ fuit pſeuerãtia / ergo nõ qꝛ ille actus deſinit eſſe perſeuerãtia amittitur / ita ꝙ ſic arguit aut actus ille nõ deſinit et per ꝯña nõ amittit pſeuerantiã aut deſinet ⁊ per cõſequẽs nunq̃ fuit pſeuerantia. Et ſi dicas añ finē verū eſt dicere ꝙ iſte perſeuerat i ⁊de ergo ali quis actus eius multo tēpore precedēs finem vite eſt perſeuerãtia ſed ille actus aliquãdo nõ ſolū deſinit / ſed etiã amittit ita ꝙ nullū ſibi debetur premiū vt ſi ille qui habuit decedat in peccato mortali / ergo iſta eſt poſſibilis perſeuerãtia amittitur. Primū autē añs ꝓbatur poſt finem vite verū eſt dicere de eo qui deceſſit in gratia iſte pſeuerauit ergo aliquãdo fuit verū dicere iſte pſeuerat. ꝯña tenet quia omnis ꝓpoſitio de preterito vera infert aliquã de preſenti fuiſſe vera. ¶ Ad hoc argumētum iudicio meo nõ poteſt rñderi niſi altero duorum modorū. primo negãdo iſtam cõſequentiam hec eſt vera iſte pſeuerauit ergo hec aliquãdo fuit vera iſte perſeuerat et ſecundum rei veritatē q̈cquid ſit de iſta aliqua tamē multi et ſimiles nõ valet verbi gratia iſta non valꝫ iſta eſt vera iſte perſeuerauit a xx. anno vſq̈ ad lx. in fide ergo aliquando hec fuit vera iſte perſeuerat a viceſimo anno vſq̈ ad ſexageſimū in fide / quia nullus actus eius durauit a viceſimo vſq̈ ad lx. ⁊ dato ꝙ duraſſꝫ tñ tamē nec in principio temporis hec fuit vera iſte perſeuerat vſq̈ ad lx. nec in medio temporis quia tunc / cū nec ſit in xx. nec in lx. anno nõ perſeuerat a xx. vſq̈ ad lx nec in fine qꝛ tūc licꝫ ſit in lx. nõ eſt tamē in xx. ſequit̃ autem iſte perſeuerat a xx. ergo eſt in xx. hec tamen poſſet ſaluari per ampliationē factam ratione huius verbi perſeuerat. Si enim diceremus ꝙ iſta ꝓpoſitio iſte perſeuerat a xx. vſq̈ ad lx. annū in fide equiualet iſti orationi / iſte accepit fidem in xx. anno que ⁊ vſq̈ nunc in eo durauit et durabit vſq̈ ad lx. tunc perſeuerare ampliabit ad preteritum ⁊ futurū ſed qui tenerent hmõi ampliationem nõ negarent iſtam conſequentiam iſta eſt vera iſte perſeuerauit vſq̈ in finem ergo iſta aliquando fuit vera iſte perſeuerat ⁊ ideo negãdo ampliationē negatur illa cõſequentia et dicitur ꝙ iſta de preterito iſte perſeuerauit eſt vera et tamen nunq̃ habuit aliquam de preſenti ex eiſdē terminis veram / ſicut iſta eſt vera album fuit nigrum / meretrix fuit virgo / currens fuit quieſcēs / et iſte de preſenti nunquam fuerunt vere album eſt nigrum / meretrix eſt virgo currēs eſt quieſcens. Secundo poteſt reſpondere concedendo conſequentiam ⁊ ꝯñs ſcꝫ ꝙ aliqñ iſta fuit vera iſte perſeuerat in fide aut in ope iuſticie ⁊ equiualet vni copulatiue ex vna de pñti ⁊ altera de futuro cõpoſite iſti ſcꝫ iſte hꝫ opus iuſticie ⁊ tenens eſt ipſū habitus quotiēſcūq̈ recta rõ dictauit eē habendū et cū infers ergo aliq̈s actus ei⁹ eſt pſeuerantia etiã ante finē vite cõcedo. ⁊ cū dicis ꝙ ille act⁹ aliqñ amittitur ⁊c. nego iſtã de ineſſe ⁊ dico ꝙ non eſt cõpoſſibilis precedēti / ſed bene cum precedenti cõcederem iſtã / iſte actus põt amitti. Et ſi dicas ponat̃ ineſſe. Dico ꝙ ſi ego ponã ineſſe iſtam de poſſibili ego deſtruam precedentem que eſt iſti incõpoſſibilis. Et ſi dicas precedens nõ põt deſtrui cum ſit de pñti / iſta ſcꝫ actus eſt perſeuerãtia ergo alia de poſſibili nūq̃ põt poni ineſſe ⁊ per ꝯñs illa de poſſibili non fuit vera. Reſpondeo negando ꝯñs ſcꝫ ꝙ illa de pñti non poſſit deſtrui. Dico eñ ꝙ ſunt alique de pñti mere ſimpliciter que non dependent a futuro / ſunt alique que non ſunt mere ſimplr̃ de pñti. Et iſtarū alique ſunt que depēdent a preterito et pñti tñ vt iſta iſte ceſſat loqui depēdet ab iſtis duobus iſte locutus eſt. et nunc non loquit̃. Alique ſunt que depēdent a pñti ⁊ futuro tñ vt iſte incipit moueri depēdet ab iſtis duabus iſte nõ mouetur ⁊ ſtati poſt mouebitur. Alie ſunt q̃ depēdent a p̄terito ⁊ futuro vt iſte mouet̃ dependet ab iſtis duab⁹ iſte immediate ante hoc inſtãs mouebat̃ ⁊ immediate poſt hoc inſtans mouebit̃ nec requiritur ꝙ in hoc inſtanti moueatur / qꝛ in inſtãti non eſt mot⁹. Alie ſunt q̃ depēdet tam a pñti q̃ a preterito q̃ a futuro / vt in iſto continuat̃ pallor depēdet ab iſtis tribus in iſto immediate ante hoc inſtans fuit pallor ⁊ nūc in eo eſt pallor ⁊ imediate poſt hoc inſtãs in eo erit pallor. Tunc dico ꝙ propõnes que ſūt mere ſimplr̃ de pñti ſic ſcꝫ ꝙ depēdēt tñ a pñti aut que depēdent tñ a preſenti ⁊ preterito neceſſario ſunt vel fuerūt vere ſed quecūq̈ dependēt a futuro contingēti ſiue cum hoc dependeãt a pñti tñ ſiue a preterito tñ ſiue a preſenti ⁊ preterito ſunt mere cõtingēter vere ſicut ꝓpoſitio illa de futuro a qua dependēt. nã ex talibus ad vnã de futuro eſt bona ꝯña ſed nullus bona ꝯñe cuius ꝯñs eſt cõtingens añs eſt neceſſariū igit̃. Dico ergo ꝙ iſte oẽs ſunt vere / iſte pſeurat / iſte act⁹ eſt pſeuerantia: ſed tñ iſte cõtingēter perſeuerat et iſte actus ꝯtingenter eſt vel fuit perſeuerantia. Idē eñ eſt iudiciū / ⁊ ideo poſſibile eſt ꝙ iſte nec perſeueret nec vnq̃ pſeuerauerit / ⁊ ꝙ iſte act⁹ nec ſit nec vnq̃ fuerit perſeuerãtia. Ex quo patꝫ ꝙ beatus Thomas habet alterū duorũ concedere / aut ꝙ nõ ſequit̃ iſta eſt vera poſt finē vite iſte pſeuerauerit ergo hec aliqñ fuit vera iſte perſeuerat ⁊ hoc ſi non ponat nomen vel verbū pſeuerantie eſſe ampliatiuū / aut ꝙ iſta iſte perſeuerat ſic eſt nūc vera ⁊ ꝙ poteſt nunq̃ fuiſſe vera. vtrū aūt eodē modo dicendū eſſet de habitu perſeuerãdi ⁊ de actu interiori eius inquire.

¶ Ad tertiũ dico ꝙ in genere virtutis alicui⁹ aliq̈d dr̃ imperfectū dupl'r. Uno modo ob defectū graduum eiuſdē rõnis ꝓpter quē defectū mundū hꝫ firmitatē ⁊ imobilitatē requiſitam ad habitū virtutis ⁊ ſic cõcedo qꝛ tale imꝑfectū non eſt qualitas de difficili mobilis ſubiecto ſed eſt diſpoſitio q̈dam ad hmõi qualitatē. Et in hoc ſenſu ego nego perſeuerantiam eē imꝑfectū in genere virtutis. Alio modo aliquid dr̃ iꝑfectū in genere virtutis qꝛ ad gradum perfectionis alicuius alterius ſpeciei eiuſdē generis nõ attingit ſicut equus dr̃ q̇d iꝑfectū in genere aialiū qꝛ non attingit ad perfectionē hoĩs et in hoc ſenſu nego maiorē / lꝫ eñ equ⁹ ſit quid iꝑfectum in genere animalis ad illum ſenſum / equus tamen eſt perfectum animal nec ſibi quicq̃ deeſt ad

Nõ ſꝑ ꝓpõni de ꝑ̃ſenti vere corrñdet de ꝑ̃t v̈a

multiplices ꝓpõnes ð pñti

xv

imꝑfectū dr̃ dupl'r

ꝙ ſit animal ita etiam licet perſeuerantia ſit quid im perfectum in genere virtutis quia non attingit ad ꝑfectionem temperantie licet ad eam diſponat vt ĕtiā perfecta ſicut continentia vt vult ari. in ſeptimo ethicorum eſt tamē perfecta virtus nec ſibi quicꝗ̄ deeſt quod pertineat ad rōnem perfecte virtutis imo ē perfectioꝛ ꝙ̄ virtus ſimplex ꝙ̄tūcūqȝ intenſa. Et ad mioꝛem nego eam in pꝛimo ſenſu et concedo in ſecundo. Et ad pꝛobationem minoꝛis dico ad ſecūdā partē ꝙ cum Ariſtoteles dicit continentiam non eſſe virtutē ipſe nomine virtutis intelligit temperātiam ſicut frequenter nomine malicie intelligit intemperantiā vt patet in pꝛincipio ſeptimi et frequenter alibi accipiēdo ergo virtutem generaliter pꝛo omni habitu electiuo immediate conſiſtente ⁊c. continentia eſt virtus. Accipiendo vero virtutem pꝛo habitu qui tam tā firmus eſt aſſiduis operationibus ⁊ victoꝛiis paſſionū tam ſtabilitus vt paſſiones non plus notabiliter cōtra rationem inſurgant ſic continētia non eſt virtus nec etiam perſeuerantia de qua hic loquimur licet ꝑſeuerantia aliqua de qua dicit Chriſtus. Qui perſeuerauerit vſqȝ in finem hic ſaluus erit bene ſit virtus

N ¶ Ad quartam dico ꝙ perſiſtere diu in opere iuſticie eſt opus iuſticie perſiſtere diu in ope manſuetudinis eſt opus manſuetudinis nullius tamen virtutis opꝰ eſt quodlibet perſiſtere in ope virtuoſo. Et iō ad rōeȝ conceditur ꝯñs in rigoꝛe ſermonis ad minoꝛē tamen dico ꝙ licet nullum ꝑſiſtere cōe ſit omni virtuti cuilibȝ tamen virtuti ſm genus cōuenit diu perſiſtere in ope illius virtutis hoc eſt quodlȝ genus virtutis cōtinet ſub ſe aliquos habitus inclinātes ad diu perſiſtendū in opere talis virtutis vt genus iuſticie continet ſub ſe aliquos tales habitus et genus foꝛtitudinis et genus manſuetudinis et ſic de aliis. non tamen dico ꝙ ſit commune omni virtuti ſecundum ſpeciem et indi-

Perſeuerantia eſt virtꝰ ſpecialis duplicē habet ſenſū.

uidua quia non eſt vniuerſaliter verum ꝙ ois habitus inclinet cum illa circumſtantia. Ad quintā dico ꝙ iſta pꝛopoſitio ꝑſeuerantia eſt virtus ſpecialis hȝ duplicem ſenſum unum de rigoꝛe ſermonis et in illo ſenſu ipſa eſt vera. nam perſeuerantia iuſticie eſt virtus ſpecialis id eſt vna ſpecies virtutis diſtincta a qͣlibet alia que non eſt perſeuerantia iuſticie et perſeuerantia manſuetudinis eſt vna virtus ſpecialis et ſic de aliis. Aliud habet ſenſum ſecundum intentionem ponentium eam qui ponentes eam volunt dicere ꝙ perſeuerantia eſt vnum genus virtutis commune multis ſpeciebus et ſub nullo genere virtutis contentum et in hoc ſenſu negamus eam. et ideo ad rationem concedo maioꝛem accipiendo virtutem confoꝛmiter ad pꝛimum ſenſum ⁊ concedo etiam concluſionem eodem ſenſu. Sed accipiendo confoꝛmiter ad ſecundum ſenſum nego maioꝛem. Aliter enim ex ea poſſet concludi de quacunqȝ ſpecie virtutis ꝙ ipſa eſſet virtus ſpecialis id eſt eſſet vnum genus virtutis ſub nullo genere virtutis contenta quod falſum eſt vnde autem ſumātur genera virtutis et vnde ſpecies nō eſt hic dicendum. ¶ Ad ſextam dico ꝙ argumentū ꝓcedit contra eos qui negant perſeuerantiam eſſe virtutem contra quos infertur ꝙ perſeuerantia eſt virtus et ꝙ pꝛeceptū eſt perſeuerantia id eſt ꝙ pꝛeceptum eſt nobis vt in bonis operibus perſeueremꝰ id eſt ꝙ ea faciamus ꝙ̄ diu et quotiens recta ratio dictat ea eſſe facienda et ſimiliter concedo illud perſeuerantia neceſſaria eſt ad ſalutem id eſt ad ſalutem neceſſariū eſt vt in bonis operibus perſeueremus.

¶ Ad ſeptimā dico ꝙ longanimitas non eſt ſic virtꝰ ſpecialis ꝙ ſit vnū genus virtutis ſub nullo alio cōtētum ſed dico ꝙ eſt aliqua lōganimitas ſub genere iuſticie contenta ⁊ aliqua ſub genere foꝛtitudinis ⁊ ſic de aliis et eodēmodo de ꝑſeuerātia quomodo tamē ſe habeat ꝑſeuerantia ad longanimitatē poſtea videbitur. ¶ Ad octauū negatur maioꝛ accipiēdo virtutem ſpecialem pꝛimo modo. ¶ Ad nonam ſi inferat̄ concluſio de ineſſe negatur conſequentia ſi infertur de poſſibili ⁊ ꝙ ly quot non numeret niſi genera virtutum concedo ⁊ conſequentiam et conſequens licet in quolibet genere virtutis poſſet reperiri ſpecies et gradus perſeuerantie non tamē quelibet ſpecies virtutis eſt ꝑſeuerantia vt patet de ſimplici virtute et de continentia et de virtute heroyca. et ad pꝛobationeȝ negatur ꝯſequentia quia due albedines ſunt qualitates coꝛpoꝛales eiuſdem ſpeciei. ſed ꝑſeuerantia nō eſt qualitas coꝛpoꝛalis nec qͣlibet due perſeuerantie ſunt eiuſdem ſpeciei. ¶ Ad decimā dico ꝙ caſu poſito ꝙ quis habeat plura bona opa ⁊ in omnibꝰ perſeueret nulla perſeuerantia eius eſt omnia bona ſua ſed vna eius ꝑſeuerantia eſt vnū bonum opus et alia aliud et ſic de ſingulis et cum dicis ergo eſt aliquod de iſtis aut nullum. Dico ꝙ aliqua ē aliquod ⁊ alia aliquod ſȝ nulla ē quodlibet nec oīa. ideo inferendo falſum ſupponit cum dicit ergo cū ipſa ſit oīa ⁊c. qꝛ nulla eſt omnia illa bona. ¶ Ad vndecimā dico ꝙ pꝛopꝛietas accipitur dupliciter. vno modo ꝓ qualitate reali que ineſt alicui ⁊ ſic negat̄ antecedens ſcȝ ꝙ de ſitio ſit aliqua talis pꝛopꝛietas. ſi enim eſſet aliqua talis pꝛopꝛietas tūc quereretur in qua re eſſet illa deſitio nō in re que deſinit quia illa nō ē cū deſinit nec in alia re quia tūc illa deſineret eſſe. Sed alio modo accipit̄ ꝓpꝛietas pꝛo termino oꝛdinate et non eſſentialiter pꝛedicabili ſm ſe vel ſecundum ſuum concretū de alio. ⁊ hoc modo concedo hec enim eſt vera hec res deſinit et in hoc ſenſu concedo ꝙ perſeuerantia eſt qͦdam pꝛopꝛietas. Nam de opere dicitur hoc opus ē perſeuerans et de homine iſte homo ꝑſeuerat in opere iuſticie et non ſolum concedo ꝙ perſeuerantia hoc modo eſt pꝛopꝛietas ſed etiam pꝛimomodo quia in rei veritate perſeuerantia eſt qualitas menti inexiſtens. Et ad pꝛobationes dico ꝙ affirmationes et negationes nec deſitionem cauſant nec perſeuerantiam licet ad taliter eſſe et non eſſe ſicut ſignificatur per affirmationem et negationem ſequatur a pꝛioꝛi rem aliquam deſinere eſſe et ad taliter eſſe ſicut ſignificatur per aliquas affirmationes ſequatur a pꝛioꝛi perſeuerantiam eſſe. Sequitur enim iſte operatur ⁊ operabitur iuſte ergo perſeuerabit ī iuſticia. Iſte tamen affirmationes non faciunt perſeuerantiam ſed voluntas perſeuerantis et habitus ad perſeuerandum inclinans et potentia exequens. ¶ Ad confirmationem dico ꝙ ſi accipiat̄ perſeuerantia pꝛeciſe pꝛo continuatione boni operis concedo antecedens pꝛo vtraqȝ parte et nego conſequentiam. eadem enim ratione pꝛobarem ꝙ homo non eſt animal ſic animal non dicitur de ſoꝛte ex eo ꝙ habet animam ſenſitiuam et rationalem ſed ex eo quod habet animam ſenſitiuam. ergo quicquid dicitur de ſoꝛte ex eo ꝙ habet animam ſenſitiuam et rationalem eſt aliud ab animali ſed hō vel animal rationale dicitur de ſoꝛte ex eo ꝙ habet animam ſenſitiuam et rationalem ergo homo vel animal rationale eſt aliud ab homine nego conſequentiam et dico ꝙ ſicut habere animam ſenſitiuam eſt ſuperius ad habere animam ſenſitiuam et rationalem ita animal eſt ſuperius ad hominem. Et hoc argumentum bene concludit ſicut enim omne habens animam ſenſitiuam et rationalem habet animam ſenſitiuam et non econtra ita etiam homo eſt animal et non econtra ita etiam dico ꝙ ſicut eſſe iuſtum eſt ſuperius ad eſſe et foꝛe iuſtum. nam omne qͦd ē ⁊ erit iuſtū ⁊ iuſtū ē nō eȝ ita iuſticia ē ſupꝰ ad ꝑſeuerātiā iuſticie ⁊ māſuetudo ad ꝑſeuerātiā manſuetudinis ⁊ iō ſi in ꝑdicto argumēto ꝓpꝛietas iuſticie ⁊

Ad argū ſophiſti.

O

Acceptiones ꝓpꝛietatis.

P

proprietas perſeuerantie capiendo ſecus intentionaliter argumentū hoc concludit q̄ vna nō eſt alia ſicut nec iſte terminus hō eſt iſte terminus aīal. Si autē accipiatur ꝓme intentionaliter nichil concludit vt clare patuit inſtantia. ¶ Ad vltimū negat̄ aīs ꝛ ad ꝓbationē nego maiorem. nego etiā q̄ quicūq; habet vnā virtutē habet oēs
Virtutes nō ſūt cōnexe. Et ſi dicas q̄ quicūq; habet caritatē habet omnē virtutem neceſſariā ad ſalutē ſꝫ aliquis hꝫ caritatē qui non hꝫ pſeuerātiā ḡ pſeuerantia nō eſt virtus neceſſaria ad ſalutē. Dico q̄ ſcḋm illos qui ponunt cū caritate oēs virtutes infūdi dupl' eē pſeuerantia. vna infuſa. alia acquiſita hic aūt agim' de acquiſitis virtutibus Sed aliq̄ virtus dicit hrī tripl'r. Uno mō in hitu. Scḋo mō i ꝓmptitudine animi. Tertio mō in vſu. Tunc dico q̄ pſeue
P rantia acquiſita nō ē ſimpl'r ad ſalutē neceſſaria q̄tū ad habitū nec q̄tū ad vſū nec q̄tū ad ꝓmptitudinē animi. Patet de pueris nouiter baptiſatis ꝛ ſtatim decedētibus. Dico ſcḋo q̄ pſeuerantia nō ē neceſſaria q̄tū ad vſū nec q̄tū ad habitū in habēte ānos diſcretionis. ꝓbat̄ q2 poſſibile ē q̄ aliquis poſt t̄pus diſcretionis inchoet aliqḋ bonū op' ꝛ ꝯtinuet p aliqḋ paū tēpus ita q̄ nulla in eo oriat̄ difficultas ex diuturnitate opis ꝛ ſic ꝯtinuādo vel moriat̄ vel incipiat dormire ꝛ dormiēdo moriat̄. ꝯſtat q̄ talis nō hꝫ pſeuerantiā nec in hitu nec in vſu. Dico tertio q̄ in diuturno t̄pe viuēte poſt ānos diſcretiōis nō ē neceſſariū ad ſalutē hr̄e pſeuerantiā in vſu ꝛ ope p menſura q̄ dā decedit. pꝫ q2 poſſibile eſt q̄ qs hn̄s caritatē dormiēdo decedat Scḋo q2 poſſibile ē q̄ aliquis in extremis ꝯfiteatur ꝛ ꝯterat̄ ꝛ p paū t̄ps poſt decedat ſeu dormiendo ſeu vigilādo. talis autē non habet pſeuerantiam in vſu vt conſtat accipiēdo pſeuerantiam eo modo quo accipit beatus Thomas Dico quarto q̄ in tali neceſſaria eſt perſeuerantia in ꝓmptitudine animi actualiter vel habitualiter. patet quia talis debet eſſe ꝓmptus ꝛ paratus q̄ ſi recta ratio dictet ſibi eſſe perſeuerandam et non ſit impedimentū q̄ ipſe perſeueret Dico quinto q̄ perſeuerantia eſt neceſſaria ad ſalutem per remotionē viciorū oppoſitorū. i. ad ſalutē neceſſariū eſt ne quis deſerat opus propter triſticiā laboris aut diuturnitatis pro t̄pe pro quo recta ratio dictat non eſſe dimittendū et ad hūc ſenſū puto intelligendū eē illud xp̄i qui perſeuerauerit vſq; in finē hic ſaluus erit non q̄ precipiat vnūquēq; debere habere actum virtutis immediate ante inſtans deſitionis ſue qui tunc nullus qui aūt decreſſā ſuū careret vſu rōnis ſaluaretur ſed potius ꝓhibetur mollicies q̄ eſt carētia pſeuerātie p t̄pe p quo rectā rō dictat de neceſſitate ſalutis eē pſeuerādū. Rōes ad q̄ſtionē ſolute dicte.

Queritur ſecūdo. Utrū perſeuerantia importet tantū difficultatē ꝓuenientē ex diuturnitate opis. Arguit̄ q̄ ſic aliquis ideo dicitur tm̄ perſeuerare quia diu pſeuerat op' ſuū ḡ cū pſeuerare importet difficultatē aliq̄ ſeq̄tur q̄ importat tm̄ difficultatē ꝓueniētē ex diuturnitate opis. In oppm̄ aꝫ ſꝫ ari. pſeuerare ē ꝯtinere ḡ in oī ope ē pſeuerantia in q̄ ꝯ triſticias et moleſtias
Tho. 2. 2. q̄ſtio. 137. articu. 2. tenem' ꝛ ꝯtinuam' Notādū ē q̄ ſm̄ btm̄ Tho. pſeuerantias ꝯſtātia ꝯueniūt ꝛ dr̄ūt. ꝯueniūt i hoc q̄ ad vtrāq; pertinet pſiſtere firmiter in aliq̄ bono. ſed drūt ſm̄ eā q̄ difficultatē afferūt ad pſiſtēdū in bono. nā virtus pſeuerātie ꝓp̄e facit pſiſtere hoīem in bono ꝯ difficultatē q̄ ꝓuenit ex diuturnitate opatiōis. conſtātia vero facit firmiter pſiſtere in bono ꝯ difficultatem q̄ ꝓuenit ex quibuſcūq; aliis impedimentis exterioribus eſt difficile improbare hanc ſententiā quia dependet ex impōe terior quā difficile eſt probare. conſtat tñ q̄ hoc nō eſt dictū ꝯformiter ad intētionem ari. et
p. thomā tā contra opinionē ſic inchoet aliquis opus longius

timis ꝛ cum diu ꝯtinuauit pꝫ tr̄ moleſtiā diuturnitatis et nō ob aliā cauſā deſerat i ſic ſic ꝯſtat q̄ iſte nec perſeuerās ē nec cōſtans ꝛ tñ nō retrahit̄ ab ope niſi ꝓpt moleſtiā diuturnitatis igr̄. ¶ Scḋo arguit̄ auctē Ari. in. vii ethi. exꝑſſe diffiniētis q̄ pſeuerātia ē cū quis ꝯtra vehemētes triſticias tact' ꝛ guſt' q̄s multi vicūt ꝑmanēt aut i rōne ꝛ electiōe recta ꝯſtat aūt q̄ pter triſticias diuturnitatis ſūt multe alie vehemētiores. q̄
ſi quis dicas q̄ Tho. dicit exꝑſſe ſe aliī accipere pſeuerātiā q̄ Ari. acceperit: hoc nō ſufficit q2 i vſu terminoꝝ nos debem' maxie ꝯformare doctoribus antiquis niſi cōſtet de abuſu q̄ ſi ꝓprietatē ꝛ ortū eoꝝ cōſideremus nō hēbit̄ ex hoc q̄ pſeuerātia dicat tm̄ hmōi diuturnitatis difficultatē pſeuerās a ſeuer is maxie videt̄ duci ꝛ flecti. ꝛ iō ſicut ſeuer' ē q̄ nō mouet̄ acerbitate moleſtie ne vertꝫ rigorē legis i alterū exerceat ꝛ idē ſeuer' ſm̄ hugu. q̄ſi ſatis ver' ꝛ pſeuerās ē q̄ nulla moleſtia pene aut triſticie a veritate rōis ꝛ rectitudine electionis retrahit̄. q̄ ſi dicas q̄ pſeuerare ex p et ſeuerare cōponit̄ hoc nō adiuuat q2 ſeuerare qḋ nō ē i vſu nō aliḋ ſignificat q̄ ꝯpoſitū ei' q̄ loco ipſi' ſcꝫ vtimur aſſeuerare. aſſeuerare aūt diuturnitatē nec ꝯtinuationē opatiōis ſꝫ magis idē qḋ aſſerere ꝛ affirmare ſignificat forte aliud ꝯnotet. aſſeuerare tñ ē inſ t̄pe argumēta ꝓbatiōeſq; admiſcere vim al ac motū vt fac' idē gnū. dico q̄ ꝓbabilit̄ q̄ iſta q̄tuor ſtabilitas lōganimitas pſeuerātia et ꝯſtātia hoc mō drūt nā ſtabilis dr̄ ille q̄ pſiſtit i ope bono ichoato nec ab eo retrahit̄ ꝓpter. aliud op' bonū ꝓpt qḋ recta rō dictat ꝑmū non eē deſerēdū ꝛ iō vocam' eos iſtabiles q̄ vix vno ichoato aliud ichoāt ꝑmo derelicto ꝯ iudiciū rōis lōganimitas ē q̄ ꝑ q̄s pſiſtit in ope bono ꝯ moleſtias ex diuturnitate opis ꝓuenītes. ꝛ iudicio meo lōganimitas ꝓprie ſignificat id qḋ beat' Thom. dicit ſignificari p pſeuerātiā: pſeuerātia ē qua q̄s pſiſtit i ope bono ꝯ triſticias vehemētes īfra facultatē hoīs poſitas ab ope retrahētes ſiue ille ex natura opis ſiue ex diuturnitate ſiue ex loco ſiue ex mō ſiue ex alia q̄cūq; circūſtātia ſiue ab intrīſeco ſiue ab extrīſeco ꝓueniāt. ꝛ hoc ſiue in pſiſtendo firm' ſit ſiue mutet ac vacillet cōſtantia videtur michi addere tria ſup pſeuerātiā: ꝑmū eſt firmitas in pſiſtendo ita q̄ q̄ eſt vere ꝯſtans perſiſtit nec tamē pſiſtendo mutat aut vacillat alterū ē q2 p pſeuerātiā ſolū pſiſtim' i ope ꝯ triſticias p ꝯſtātiā vero tā ꝯ triſticias q̄ contra delectationes tā etiā ꝯtra perſuaſiōes retrahētes ab ope perſiſtim' ita q̄ martires non ſolū dicebant̄ conſtātes q2 non flectebant̄ terroribus ſꝫ etiā q2 nō dimouebant̄ ꝓmiſſis ꝛ muneribus. tertiū q2 pſeuerātia nō certat niſi ꝯ triſticias q̄ ſūt īfra ꝯmunē hoīm facultatē ꝛ q̄s multi vincūt. ſed ꝯſtantia certat ꝯ triſticias ꝛ delectatiōes ſiue ſint ſupra cōem facultatē hoīm ſiue īfra et iō de gl'ioſis martiribus canit eccleſia. O ꝯſtātia martirum laudabilis.
¶ Prima ꝯcluſio omnis longanimitas eſt pſeuerantia ꝛ non econtra. ꝓbatur ſicut ſe habet obiectum ad obiectum ita ꝛ habitus ad habitum ꝛ ipſa habituū nomina. ſiue ſigna. ſed triſticia ex diuturnitate infra communē hoīm facultatem poſitaꝝ que eſt obiectum longanimitatis eſt inferius ad triſticiam infra cōem facultatem hoīm poſitā ḡ ꝛ longanimitas eſt inferius ad pſeuerantiā. ꝛ ita oīs longanimitas ē pſeuerantia ꝛ nō ecōtra. Aduerte tñ q̄ ſi diceret̄ q̄ longanimitas cōnotaret triſticiā ex diuturnitate ſiue illa triſticia eſſet infra cōem hoīm facultatē ſiue non tunc ꝯſequēter loquendo aliter dicēdū eſſet tūc eni lōganimitas ꝛ perſeuerantia nō ſe haberent ſicut ſuperius et inferius nec obiecta eoꝝ ꝛ ꝑdicarent̄ de ſeinuicē particulariter et idiffinite neutrū de altero vniuerſaliē.
¶ Scḋa cōcluſio licet aliqua pſeuerantia conſtan-

ſia ſit non tamen oīs perſeuerātia eſt conſtantia nec omnis conſtantia pſeuerantia eſt. prima pars ꝓbaꝛ perſeuerantia qua quis firmiter ꝛ ſine vacillatione īſiſtit operi contra triſticiā retrahentē eſt conſtantia igitur. ſcđa pars patet qꝛ pſeuerantia qua quis inſiſtit operi eidē cōtra ſimilē triſticiā. ſed cū vacillatione multa p̄cedente non eſt cōſtantia. tertia pars ꝓbatur quia conſtantia que eſt circa triſticiā excedente cōem facultatē hoīm nō eſt perſeuerantia nec illa etiā cōſtātia q̄ eſt circa delectationē retrahentē ab opere bono eſt perſeuerantia ſed magis cōtinentia. ¶ Tertia cōcluſio perſeuerantie nō dicit de ratiōe ſua continuationē actus boni vſq; in finem vite. probatur cōcluſio quia vt dictū eſt de rateone perſeuerantie nō ſūt niſi

c̄dicioēs pſeuerātie

quattuoꝛ. primū ſcilicet perſiſtentia in actu virtuoſo ſecūdū ꝙ ſit pugna ex triſticiis. tertiū ꝙ ille ſint vehementes. quartū ꝙ ille ſint infra cōmune hominū facultatem. Sed hec quattuoꝛ nec diuiſiꝫ nec ꝯiūctiꝫ inferunt ꝙ ad perſeuerantiā exigatur cōtinuatio actus boni vſq; in finē. Secundo aliquis frequenter habet actū interruptū qui pſeuerare dicitur vt patet de ieiunāte in quadrageſima q̄ interrūpit ieiuniū ꝛ deſcit a ieiunio dieb⁹ dñicis. patet etiam de perſeuerante ī fide qui aliquando tamen interrumpit actū fidei puta dormiendo vel alia negociando qꝛ tamen non interrūpit per actum contrariū ſed per ceſſationē ab actu ideo dicitur perſeuerare in fide. ¶ Aduertendū eſt tamen ꝙ ſecundū beatū Thomā queſtione de perſeuerantia articulo primo in reſponſione ad ſecūdū eodem nomine aliquādo nominatur virtus ꝛ actus virtutis vt cum ait Auguſtin⁹ ſup ioħā. fides eſt credere quod non vides. pōt tñ contingere ꝙ aliquis hꝫ habitum virtutis q̄ non exercet actū ſicut aliquis pauꝑ habet habitū magnificentie et tamē nō habet actum quandoq; vero aliquis habens habitum incipit quidem exercere actum ſed non perficit puta ſi edificatoꝛ incipiat edificare et non compleat. addit ſic ergo dicendum eſt ꝙ nomen perſeuerantie qñq; ſumit ꝓ habitu quo q̄s eligit pſeuerare. qñq; ꝓ actu quo q̄s perſeuerat et qñq; hñs hitū pſeuerātie eligit pſeuerare ꝛ icipit exerꝫ aliq̄ diu pſiſtendo nō tñ cōplet actū q̄a non pſiſtit vſq; in finem. eſt autem duplex finis vnus qui eſt finis opis. alius aūt qui eſt finis humane vite ꝓper ſe aūt ad pſeuerantiā pertinet vt aliquis pſeueret vſq; ad terminū virtuoſi opis. ſicut ꝙ miles perſeueret vſq; in finē certaminis ꝛ magnificus vſq; ad cōſūmationē operis. ſūt aūt quedā ꝩtutes quarū actus ꝑ totā vitā durare debent ſunt fidei ſpei et caritatis qꝛ reſpiciunt vltimum. finē totius humane vite. ꝛ ideo reſpectu harū ꝩtutū q̄ ſunt p̄ncipales nō cōſummaꝛ actus perſeuerantie niſi vſq; ad finē vite. et ſm hoc dicit Au. libro de pſeuerantia ꝙ nullus poteſt dici perſeuerantiā habere q̄diu viuit. ex iſtis verbis apparet ꝙ in aliquib⁹ actib⁹ bonis nō ē de rōe pſeuerantie ꝙ cōtinueꝛ act⁹ vſq; in finē vite: ſꝫ ſufficit ꝙ ꝯtinueꝛ vſq; in finē opis hoc ē vſq; in finē quē ſm rectā rōnē dꝫ habere opus qꝛ cū oē opus ꝯtinuatū ꝯtineꝛ quouſq; deſinat niſi ita exponereꝛ ſequeretur ꝙ in omni opere virtuoſo ſaltē cōtinuato pſeueraret vſq; ad finē opis ſiue hec opinio vera ſit ſiue fl'a non volo multū inſtare cōtra eā quia onerosū eſt diſputare de ſignificatione terminoꝝ. ſeq̄ntes tñ p̄dictā opinionē iudicio meo habent cōcedere que ſequuntur. primū eſt ꝙ de aliquo actu vere dicitur aliqñ ꝙ fuit perſeuerantia de quo tñ nunq̄ fuit verū dicere prius ꝙ eſt pſeuerātia et de aliqua creatura rōali verū eſt aliqñ dicere perſeuerauit in operib⁹ caritatis de qua nūq̄ prius fuit verꝫ dicere hec creatura pſeuerat in opere caritatis. Scđo ſequiꝛ ꝙ per aliq̄d mere nature et qđ nullomō eſt ī po-

Correla. expoſitiōe ſeq̄ntia.

C

teſtate operantis aliquis act⁹ qui nunq̄ fuit pſeuerātia incipit fuiſſe pſeuerātia. pꝫ qꝛ mors q̄ eſt termin⁹ vite eſt aliq̄d mere naturale q̄ nō eſt in ꝑtāte operantis ante aūt inſtans mortis actus ille amādi deum caritatiue nunq̄ fuit pſeuerantia ꝛ tñ in inſtāti mortis incipit fuiſſe perſeuerantia. Tertio ſequiꝛ ꝙ aliquis act⁹ bonus ꝛ laudabilis īperatus ab aliqua virtute mediāte actu ei⁹ elicito ꝓ tpe ꝓ quo ſm omnē circunſtantiā bene fit nō ſoꝛtieꝛ denominationē illi⁹ ꝩtutis a qua impatur vel cui⁹ electioni eſt ꝯformis pꝫ quia talis actus pſiſtēdi in ope caritatiuo impaꝛ a pſeuerātia ꝛ tñ nō denoiaꝛ eſſe pſeuerantia niſi in fine vite. Quarto ſequiꝛ ꝙ pſeuerātia ē virtus ꝛ tñ eius opatio ꝩtuoſa ꝛ laudabilis nō pōt eē opatio pſeuerantie patet qꝛ vel eēt operatio pſeuerantie añq̄ eſſet ꝛ hoc nō vt conſtat vel qñ eſt ꝛ hoc non qꝛ tūc non habetur adhuc finis opationis vel poſtq̄ fuit ꝛ hoc nō qꝛ ipa nō ē. tū etiam quia cum operatio non eſt nullus pſeuerat ergo nulla operatio tunc ē perſeuerantia. Quinto ſequiꝛ duoꝝ hominū omnino vniformiū tā in ratione q̄ in electione volūtatis q̄ in opere exterioꝛi vſq; ad aliquod inſtans de vno vere diceꝛ ꝙ perſeuerauerit et de alio vere dicetur ꝙ non pſeuerauerit patet moriaꝛ vn⁹ in illo inſtāti ꝛ non alius. Iſta ſunt que michi videnꝛ ſeq̄ ex p̄dicta opinione. ad quā tamē ponendā nec rō nec auctoritas cogere videꝛ. ¶ Quarta concluſio perſeuerātia non dicit de ꝑ ſe ꝛ de ratione ſua continuationē actus vſq; in finē nec vite nec operis primum patet ex p̄cedenti cōcluſione. ſcđm patet quia aliqñ aliquis vere pſeuerauiſſe diciꝛ qui nō cōpleuit opus ſed impedit⁹ fuit ꝑ interuētionem mortis vt patet de multis q̄ templa magnifica inceperūt ante quorum complementū ex hoc ſeculo trāſierūt. ſecūdo patet de his qui per violentiā impediūtur ne expleant quod inceperunt. ¶ Quinta concluſio perſeuerantia nō dicit de ratione ſua ꝙ opus tādiu continuetur q̄diu recta ratio dictat eſſe continuandū. ꝓbatur ſi recta ratio dictet alicui ꝙ debet ieiunare p. xl. dies ꝛ velit ieiunare per. xl. dies et continuet iſtud ꝓpoſitum ꝛ opus conforme per tres dies tunc iſte vere dicitur perſeueraſſe in ieiunio ꝑ tres dies ꝛ tñ non ieiunauit. nec ieiunabit tādiu q̄diu recta ratio dictauit eſſe ieiunandum igitur. Secūdo actus exterioꝛ habet totaliꝛ bonitatē ꝛ maliciā tā ſcđm gen⁹ q̄ ſm ſpeciē q̄ etiā ſm gradū ad actu īterioꝛe ſꝫ ꝓpoſituꝫ ſiue electio volūtatis quā iſte habuit ē vera pſeuerātia interioꝛ ab habitu pſeuerātie elicita ꝛ hꝫ ꝓ obiecto quadragita dies ſicut ꝛ dictamē ipm̄ ꝗ ꝛ act⁹ ieiunādi ꝑ p̄mū diē ē pſeuerātia ꝛ act⁹ ieiunādi ꝑ ſm ꝛ ꝑ tertiū ꝛ gñaliter oīs act⁹ īperat⁹ mediāte electiōe volūtatis rōni cōformi. ¶ Sexta ꝯcluſio ſi recta rō cadat ſuper circūſtātiā diuturnitatis tēporis ꝛ nō electio op⁹ exterī⁹ etiā q̄ſicūq; duret nō erit pſeuerantia ꝩbi gr̄a recta rō dictat egroto ꝙ ē vacādum a ſtudio ꝑ q̄tuoꝛ horas egrot⁹ ꝓponit nō ceſſare niſi ꝑ tres ꝛ nichilominꝰ ceſſat ꝑ q̄tuoꝛ nō credēs ceſſare vel vacare a ſtudio niſi ꝑ tres. Dico ꝙ iſta ceſſatio a ſtudio nō ē op⁹ pſeuerātie aut dictat rō alicui ꝙ ē abſtinēdū a cibo ꝑ īegrū diē ꝛ eligit abſtinere ꝑ mediū tm̄. ꝛ nichilominꝰ aut qꝛ nō repit cibū aut qꝛ īpediꝛ abſtinet ꝑ īegrū diē dico ꝙ iſte act⁹ abſtinētie nō ē pſeuerātia. ꝓbaꝛ ſic talis nō īmanet electiōi recte qꝛ nō hꝫ rectā electionē vt ꝯſtat nec īmanet libere ꝛ ſpōte rōi recte qꝛ īmanentia libera rōni nō fit niſi ꝑ electionē rōni ꝯformē iſte aūt nō hꝫ electionē rōni ꝯformē igiꝛ. ¶ Septia. ꝯ°hꝫ ille q̄ ꝑ ꝑtē tpis īmanet electiōi recte dicaꝛ pſeuerare niſi tñ īmaneat q̄diu recta rō dictat eē īmanēdū. taꝛ nō dꝛ pſeuerāſſe q̄diu teneꝛ aut q̄tū honeſtū ē eū pſeuerare p̄mo ꝑo pꝫ talis īmanet ꝓ aliq̄ tpe rationi et

a
ꝯ thomā.

electioni recte igitur ꝑ aliquo tp̄e pſeuerat ⁊ pſeuerauit. Scḋo ꝓbatur q̄ɀ talis tenet̄ inſiſtere opi ꝑ xl. dies aut per aliquod certū temp⁹ vt dictat recta ratio et non inſiſtit: ergo nō pſeuerat q̄diu tenet̄ vel honeſtū eſt eū pſeuerare. ¶ Octaua ɔcluſio in aliquibus operiōibus ad diuturnioꝛē pſeuerãciã tenemur q̄ in alijs ꝓbatur recta rō dictat aliqua opa eē diutius ɔtinuãda ⁊ frequenti⁹ eē facienda q̄ alia igitur. aūs pȝ ſatȝ ex eo qḋ allegatū eſt ex Thoma de magnifico opere ⁊ de actibus ſpei fidei ⁊ caritatis. actus eīn caritatis ī deū eſt frequenter eliciend⁹ ⁊ nī q̄ interrūpend⁹ per actū ɔ̄riū licet neceſſe ſit ipm̄ interrūpi ꝑ ceſſationem ab actu. nō puto tn̄ hoc eſſe verum de omni actu caritatiuo ⁊ maxie de eo qui eſt ad ꝓximū ⁊ reſpectu boni tpalis nã actus quo ego volo ꝓximū bonū aliqḋ

grauem egritudinem et periculū vite: quia ergo egritudo et periculū vite eſt ma⁹ malū ꝙ̄ maceratio corporis eſt bonū. ideo ieiunium fuit prohibendū ne incurreretur mors. ita etiam diceretur ꝙ ſecluſo conſēſu et peccato corruptio clauſtrorum pudoris non eſt tā mala nec integritas corporalis eorum tam bona ꝙ̄ mala eſt corruptio vite. et ideo ſecluſa prohibitione vel precepto mors non eſſet pro hmōi integritate ſubeūda et per conſequens contra rectam rōnē eſſet ꝙ quis mortem pro integritate corporali ſubiret, quare nec meritorium eſſet ita faciendum, immo vituperabile potius eſſet iudicandū. ¶ Contra primam concluſionē

Arg. tho. 2. 2. q̄ſtio. 124. ar. 5. arguitur primo per illud prime Petri quarto. Nemo veſtrum patiatur quaſi homicida aut fur, aut aliquid huiuſmodi. Si autem vt chriſtianus non erubeſcat glorificet autem deum iſto nomine: ſed ex hoc dr aliquis xp̄ian⁹ ꝙ tenet fidem xp̄i ꝙ̄ ſola fides chriſti dat patientibus martirii gloriā. ¶ Secundo aliquis dicitur martir quia teſtimoniū reddit veritati. Aut ergo reddendo cuicunqꝫ veritati teſtimoniū poteſt dici martir et tunc poſſet quis ſe exponere martirio ꝑ veritate geometrica vel pro veritatibus aliarum ſcientiarum ſpeculatiuarum, aut reddendo teſtimonium veritati diuine tantū: ergo cum omnis talis ſit veritas fidei ſequitur ꝙ ſola fidea eſt cauſa martirii. ¶ Ad p̄mam dico ꝙ beatus petrus in illis verbis hortatur chriſtianos vt nō demereantur ſibi penam legis ciuilis infligi ſicut fures et homicide ſed patiantur tanꝗ̄ chriſtiani, qui pro actibus bonis et laudabilibus et quos ſecundū legem chriſti faciunt cruciantur. Chriſtianus autem aliquis dicitur dupliciter. vno modo ex eo ꝙ eſt de familia chriſti quod fit per ſusceptionem primi ſacramenti et talis dicitur chriſtianus nō

c tantum quia fidem ſed quia ſacramentum primum et conſequenter fidem et caritatem et alias virtutes ſuſcepit. ¶ Secundo modo aliquis dicitur chriſtianus quia ſpiritu chriſti non ſolum in actum fidei

Xp̄ianus dupliciꝰ capitur. ſuſcepto ſed etiam ad opera virtuoſa procedit ſcđm illud ad roma octauo. Si quis ſpiritum chriſti non habet hic non eſt eius, et imitando chriſtum peccatis moritur ſecundum illud ad gal. v. Qui chriſti ſūt carnem ſuam crucifixerunt cum viciis et concupiſcētiis et ideo nō ſolum ille qui patitur pro chriſti confeſſione que fit per verba patitur vt chriſtianus, ſed etiam qui patitur pro quocunqꝫ bono opere faciendo vł q̄cunqꝫ peccato vitando propter chriſtum pro quo ſcꝫ faciendo vel vitando mors rōnabiliter ſuſcipi ꝑtelt quia totum pertinet ad fidei proteſtationem. In fide enim reperit̄ ipſa credulitas que eſt actus mētalis et reperit fidei ꝑteſtatio que interdū fit ꝑ v̄ba et tūc dr̄ fieri confeſſio Interdum factis et operibus ſecūdum illud Iaco. ſecundo. Ego oſtendam tibi ex operibus fidem meam contra quod de quibuſdam dicitur ad titum i. confitentur ſe noſſe deū factis autem negant ¶ Ad ſecundum dico dicitur martir non p̄ciſe q2 red

a dit teſtimonium veritati, ſed quia reddit teſtimonium veritati diuine. Diuine quidem aut quia formaliter in diuinis litteris contenta, aut quia ex illis cō conſequentia neceſſaria deducitur aut quia ex illis formaliter elicita, cum ſcilicet fit aliquid quod faciendum eſt: aut omittitur aliquid quod omittendum eſt ſecundm diuinas leges. et cum infertur ꝙ ſola fides et cetera. negatur conſequentia quia huiuſmodi veritas non eſt diuina nec primo nec ſecundo modo, ſed tantum tertio. ¶ Contra tertiam concluſionem et maxime ꝯtra ſcđaꝫ p̄tē aꝛ̄ ſic. Veritas que non ē catholica nullo p̄dictorum modorum ē diuina ꝙ̄ ꝑ ea null⁹ te dꝫ exponere martirio. ¶ Scđo q2 qui patit̄ ꝑ tali v̄itate nec patit̄ ꝑ fide xp̄i nec ꝑ opib⁹ legis xp̄i nec ꝑ redēptiōe generis humani nec pro xp̄o ꝙ̄ tollerātia ſue paſſionis non eſt martirium.

¶ Ad primam concedo añs et nego ꝯñam quia licet ipſa non ſit veritas diuina, eam tamen non eſſe veritatem diuinam et catholicam eſt veritas diuina et cū infertur ergo pro ea nullus et cetera. diſtinguo vel ꝙ null⁹ ſe debet exponere pro ea martirio vt prohibet et teſtificetur eam eſſe veritatem et ſic concedo vel vt teſtificetur eam non eſſe veritatem diuinam et ſic ergo nego. ¶ Ad ſecundā dico ꝙ talis patitur et pro fide chriſti et pro operibus legis. Pro fide quidē chriſti vt in puritate ſua remaneat et nichil ſibi miſceatur alienū quia vt ſupra dictum eſt ad integritatem fidei pertinet ꝙ nichil detrahatur et etiam ꝙ nichil addatur et ita ſicut alienum a fide eſt dicere catholicum non eſſe catholicū, Ita et dicere non catholicum eſſe catholicum. ¶ Dico etiam ꝙ talis patitur pro operibus legis, quia lex eſt ꝙ qui detraxerit vel diminuerit verbis voluminis huius anathema ſit. ¶ Contra quintam concluſionem arguitur ſic. Omne mendacium ē peccatum diuine legi contrarium ergo vt videt̄ mendaciū poteſt quis pro cuiuſcūqꝫ veritatis teſtimonio martiriū ſubire. ¶ Secundo quis aut pro nullo mendacio vitando licet ſubire martirium: Aut pro quolibet, aut pro aliquo ſic et aliquo non. Si pro quolibet habetur intentum. Nec poteſt dici ꝙ pro nullo quia tunc aliquis licite timore probabilis mortis poſſet dicere falſum teſtimonium et deierare et fallere. Nec poteſt dici ꝙ ꝑ aliquo ſic et ꝑ aliquo non, quia cum quodlibet ſit deordinatum eſt eadem de quolibet ratio. ¶ Ad primum reſpondeo dupliciter p̄mo negando antecedens mendacia enim iocoſa et officioſa nō ſunt peccata diuine legi contraria intelligendo per hoc totum peccatum mortale, quia adhuc non cōſtat ꝙ peccatum veniale ſit diuine legi contrarium. Nec adhuc etiam conſtat ꝙ omne peccatum eſt peccatum veniale vel mortale. Aliter reſpōdeo ꝙ licet om̄e mēdacium ſecluſa circumſtantia alicui⁹ exceſſiue triſtis alias ſolū et doloroſi ſit peccatum mortale vel veniale. multa tamen ſunt que nec mortalia ſūt nec venialia poſita circumſtantia alicuius exceſſiue triſtis et doloroſi ſicut grauium cruciatuum aut incomodorum aut mortis.

Eustrac⁹ Et ſi dicas oppoſitum aſſertum eſſe ab Euſtracio tertio ethicorum cōmento ſcđo qui poſtq̄ recitauit opinionem dicentium mendacium eſſe turpe: ſed ſi ꝑ vtilitate fiat non turpiter fieri, et miſceri aliene eſſe turpe. ſed ſi pro tiranni oblatione non turpe ſubiungit. Chriſtiana autem religio fatetur et tenet non eſſe peccandum alicuius incomodi vitandi gratia. Unde cum mentiri et aliene vxori miſceri vtrūqꝫ ſit peccare neutrum eſt aliquomodo faciendum. et ſequitur vnde ſuperior doctrina, non doctrina ſed error eſt. non enim faciēda ſunt mala peccati vt eueniant bona ſed mala pene tolleranda ſunt. ¶ Ad hoc reſpondeo ꝙ doctrina quam reprobat Euſtracius eſt erronea et chriſtiane religioni contraria quia ipſe loquitur de mēdatio pernicioſo quod ſemper eſt peccatum nec ꝑ circumſtantiam conditionis mortis fit vt non ſit peccatum. ſimiliter etiam de commixtione cum aliena que cadit ſub prohibitione diuina, ſed dico ꝙ nichilominus ſunt aliqua que ſecluſa conditione mortis aut alicuius alterius exceſſiue doloroſi eſſent peccata ꝙ̄ non ſunt peccata hac conditione poſita. Et hoc modo forte diceretur de appellatione pauli ad ceſarem paganum in cauſa fidei que fuit licita propter circumſtantium periculorum imminentium que per huiuſmodi appellationem vitata ſunt et tamen ſecluſa huiuſmodi circumſtātia fuiſſet illicita. Idem dicēdum eſſe videt̄ de occultatiōe v̄itatis in multis caſib⁹

Tho. vbi ſup. ar. 5. ¶ Contra ſeptimam concluſionem arguitur ratione
Thome in omni opere bono quod fit/et in omni ope
re malo quod vitatur propter chriſtum ſit proteſta=
tio fidei/ ſed pro proteſtatione fidei licet ſe exponere
martirio ergo pro quolibet bono opere faciendo et
malo vitendo propter chriſtū licet ſe exponere mar=
tirio. ¶ Ad hanc rationem concedo antecedens ꝛ ne
go conſequentiam quia eſt aliquod bonū opus ſeclu
ſa circumſtantia mortis quod poſita huiuſmodi cir=
cumſtantia deſinit eſſe bonum vt opus eutrapelie et
opus leuitatis/eſt etiam aliquod malum opus ſecluſa
circumſtantia mortis quod eadem poſita non eſt ma
lum opus vt verbum ociosum mendacium iocoſum
occultatio veritatis vt de abraham qui ſororem vxo
B rem eſſe dixit et tacuit eam eſſe coniugem ¶ Ad ratio
nem ante oppoſitum dico ꝙ ſicut dictū eſt ꝙ aliqua
veritas dicitur diuina tripliciter ita et aliqua veri=
tas nobis innoteſcit per chriſtum tripliciter ſed non
quelibet que aliquo iſtorum trium modorum innote
ſcit per chriſtum eſt veritas fidei.

Queritur ſexto Utrū ſācti mar

tires meruerint paſſiones ſuas? Ar=
guitur ꝙ ſic per illō quod habetur in acti
bus apoſtolorum. Ibant apoſtoli gaudentes a con=
ſpectu conſilii quoniam digni habiti ſunt pro nomi
ne. Jeſu contumeliam pati: ſed conſtat ꝙ non erāt di
gni niſi ex merito ergo ſancti martires meruerunt
paſſiones ſuas. ¶ In oppoſitū arguitur ſanctis mar
tiribus datum eſt non ſolum vt credant in deum ſed
etiam vt pro deo patiantur vt vult apoſ. ad phil. er
go ſancti non meruerunt paſſiones ſuas. Pro du=
bio eſt aduertendum ꝙ queſtio iſta poteſt intelligi
de duplicibus meritis ſcilicet de bonis ꝛ de malis. ſi
de bonis tunc eſt queſtio. vtrum ſancti bene operando
meruerunt ꝙ pro xp̄o paterentur: ſi de malis tunc q̄
ſtio eſt. vtrum ſancti martires per malas operatio=
nes et demerita ſua digni erant pena illa quam pro
chriſto paſſi ſunt: Quantum ad primum reſpondet
altiſſio. li bro tertio tractatu°. (?) epiſto .c. penultio. altiſſiodoren. ꝙ martires non merentur paſſiones
ſuas ſed bene merentur conſtantiam fidei ꝛ aliarum
virtutum robur et firmitatem et omnes auctoritates
que videntur ſonare ꝙ ſancti meruerunt paſſiōes ſu
as exponit de conſtantia et robore in ipſa paſſione.
Probat altiſſiodoren. quia duplex eſt gratia tantū
vnaeſt vt a ſcꝫ virtus que nō cadit ſub merito. alia ē
gratia ſecūda que cadit ſub merito que ſcilicet eſt v
tutis augmentatiua. Uirtꝰ enī nata meret augeri vt
aucta mereat ꝛ pfici. Cū ḡ virtꝰ paſſiōis ptineat ad
ſ altiſſio: grām pmā ꝛ cōſtātia ad ſcdām grāꝫ ſequit ꝙ paſſio
martirꝫ non cadit ſub merito ſed eoꝫ in ipſo paſſione
cōſtātia. Iſta opiniō michi videt ꝯdā xitatē ꝯtine=
re. Ideo ſit pria ꝯcluſio Multi ſācti martires potue
B diffinitio meriti runt p bonos actus ſuos mereri vt paterent pro xp̄o
pbatur potuerūt facere aliq̄s actus bonos ppt q̄s
deꝰ daret eis pati p xp̄o ḡ potuerūt mereri vt paterē
tur p xp̄o. ꝯña iſta videt nota ex diffinitione meriti.
Meritū enī eſt bonꝰ actꝰ ppt quē dat aliud/ ꝛ aña
videt notū. pbat tn̄ potuerūt impēdere obſequiū pa
tiētibꝰ p xp̄o ſicut Sebaſtianꝰ q̄ ꝯfortabat ſub abſcō=
ſo clamide martirū alios potuerūt hr̄e ardentiſſimū
deſideriū ꝛ zelū circa defenſionē fidei/potuerūt inte
pide ſe gerere rñdēdo tirānis que ſm fidē rñdendāda
ſūt/ꝛ ppt iſta pōt eis dare deꝰ vt patiant p xp̄o igr
¶ Scdo potuerūt ſancti p actus remiſſos aut alios
demereri ne paterent pro xp̄o ergo potuerunt etiam
per bonos actus ꝛ feruentes mereri vt paterent pro
chriſto. Antecedens probatur de beato regulo ſil=
Regulus. uanectenſium epiſcopo qui vt habetur in legenda
ſua ideo non eſt datū ei pati pro Chriſto quia timu
it inter minas perſequentium fidem et fugit ergo ex
contrario actu poteſt quis mereri vt patiatur p Chri
ſto. ¶ Tertio poteſt quis mereri continentiam ꝛ ca=
ſtitatem ergo etiaꝫ poteſt quis mereri p Chriſto/cō
ſequentia iſta videtur nota. Et antecedens probatur
quia poteſt quis orare deum vt det ſibi caſtitatem et
ad preces et ad orationes ſuas poteſt et deus eaꝫ da
re/aut viriliter etiam certando contra temptatiōes
incontinencie que omnia legitur feciſſe beatꝰ Tho
mas de aquino et multi alii ſancti. ¶ Quarto Pau
lus orauit pie ꝛ perſeueranter vt pateretur p xp̄o et arg. altiſ.
oratio ſua audita eſt a domino ergo paulus meruit
vt mereretur pro chriſto. ¶ Ad hanc rationem reſpō
det Altiſſiodorenſis ꝙ ſi Paulus oraret dominum
vt daret ei pati pro Chriſto/aut non oraret compe=
tenter. aut de conſtantia habenda in martirio intel=
ligeret ꝛ non de ipſa paſſione. ¶ Iſta reſponſio ſa= ꝯ altiſſi.
tis michi videtur extranea/et maxime propter funda
mentum in quo videtur eaꝫ fundare quia ſcilicet paſ
ſio ſiue martirium eſt prima virtus et conſtantia nō
videtur niſi quoddam augmentum. Et ideo martiri
um non cadit ſub merito/ſed bene conſtantia in mar
tirio. Ideo Arguitur ſic. Pro illo poſſumus preces
rationabiliter fundere quod nobis orantibus poteſt
deus dare et concedere. Sed pati pro nomine Chri=
ſti et primas gratias et primas virtutes poteſt deus
nobis orantibus concedere et dare ergo pro his ra=
tionabiliter poſſumus preces fundere. Minor proba
tur. Nam in oratione dominica oramus vt faciamus
voluntatem dei quod eſt primum in omni virtute. Di
cimus enim Fiat voluntas tua ſicut in celo et in ter=
ra. ¶ Cōfirmatur quia eccleſia orat vt det nobis ſpē
fidem et caritatem que ſunt prime virtutes et non ſo
lum vt det nobis perſeuerantiam. ¶ Confirmatur ſe
cundo quia orare poſſumus deum vt det nobis caſti=
tatem et pro ea conſequenda debemus ieiuniis vigi=
liis operi et lectioni iugiter intendere nō ꝙ ſperemꝰ
nos eam poſſe conſequi exercitio huiuſmodi rerum/
ſed quia horum contemplatione et intuitu ſperamꝰ
ꝙ diuina largitas nobis eam concedet vt vult Caſ=
ſianus collatione duodecima. Ex quibus concludit Caſſianꝰ.
ꝙ pro perpetuitate eius indefeſſis orationibus inſta
re debemus. ¶ Tertio ibidem Caſſianus aperit mo=
dum perueniendi ad perfectam puritatem caſtitatis
ſcilicet inflammari deſiderio caſtitatis totam purita
tem ſuam diuine largitati tribuere/ieiuniis/vigiliis
operi/lectioni/ac orationibus iugiter intendere/Sꝫ
conſtat ꝙ iſte non ē modus perueniēdi effectiue ꝛ cau
ſaliter ergo eſt modus perueniendi tantum merito=
rie. ¶ Quinto ad principale bonum omne quod po=
teſt a deo mere liberaliter dari nobis / poteſt a deo
nobis dari tanꝙ merces ꝛ premium actuum noſtro=
rum bonorum/ſed pati pro Chriſto et quelibet vir=
tus poteſt nobis dari a deo mere liberaliter ergo eti
am pōt nobis a deo dari p noſtris bonis actibus ꝛ
per conſequens poſſumus talia mereri. Maior pba
tur quia deus ē mere liber non ſolum in dando bona
ſua: ſed ꝛ etiam in modo dandi ꝛ maxime ſi ille mo=
dus non ſit ſibi repugnans: ſicut dare neceſſario aut
dare dependēter ergo in mera libertate ſua eſt dare
ea vel mere liberaliter vel p bonis actibꝰ nr̄is. Et ſi
Arguas ꝯtra iſtā rōnē retēta eādē maiore ſic ſubſu=
mēdo: ſꝫ pmā grām deꝰ pōt mere liberaliter dare er
go primam gratiam poteſt deus nobis dare p meri
tis noſtris. ¶ Ad hoc Reſpondetur quicq̄d ſit de cō=
cluſione illata q͂ de eo videbit ſoluēdo argumenta
contra concluſionem. ¶ Dico tamen ꝙ conſequentia
non valet ꝛ ꝙ dialeticus diceret ꝙ in argumento eſt

manifeſte fallacia figure dictionis q2 mutatur quid in quale, eo q lʒ prima gracie non tantum ſignificat gratiam. Sed ſignificat gratiã aliqualiter ſe habentem ſcilicet ante quam nulla licet ergo illã gratiam poſſit deus dare nobis pro bonis actibus noſtris, non tamen quando eſt prima quia ſi datur pro bonis actibus noſtris eam precceſſerunt boni act9 noſtri. Sed actus noſtri non fuerunt boni niſi deus nobis aliquis gratuitum contuleri. q̃ eã preceſſit aliq̃ gratia ergo nulla gratia que datur nobis a deo pro bonis actibus noſtris eſt prima gratia. ¶ Secũda cõcluſio. Multi ſãcti martires meruerũt paſſiões ſuas Probatur quia multi ſancti martires habuerunt feruẽtiſſimũ zelum fidei, et ſolacium preſtiterũt patiẽtibus pro chriſto ⁊ frequenter deprecati ſunt deum vt daret eis pati pro chriſto. Et propter hec omnia aut aliqua eorum. deus dedit eis pati pro chriſto igitur multi meruerunt paſſiones ſuas. Secundo arguitur auctoritate inducta ante oppoſitũ. Ad idem poteſt applicari auctoritas poſt oppoſitum inducta q̃a datum eſt ſanctis pati pro chriſto vt vult Apoſtolus ad Phil. et hoc non eſt prima gratia ergo datũ eſt eis pro meritis ſuis. ¶ Ad hec omnia reſpondet. Altiſſiodorẽſ. q iſte auctoritates non cõcludunt niſi q apoſto. digni fuerunt dignitate meriti non quidẽ pati ſed habere in paſſione conſtantiam. Et ſimiliter alia auctoritas vt dicit intelligendo eſt de conſtantia habita in paſſione. ¶ Cõtra hanc ſolutionem poſſũt fieri replice que poſite ſunt in precedenti concluſione Specialiter tamen ſic arguitur aut apoſtolus Petr9 ⁊ nero ex equo ſe habuerunt quantum ad dignitatẽ et indignitatem pati contumeliam p xp̄o aut nõ. nõ eſt dicendum q ſic quia nimis durum videretur q aliquis qui tot ſudores ⁊ labores et tam feruentem zelum habuerit pro defenſione legis xp̄i nec dignior nec minus indign9 eẽt pati pro chriſto q̃ ille qui ſem per chriſtum ⁊ legem eius perſecutus eſt. Si non aut ergo petrus eſt dignus et nero indignus et tunc habetur intentum. aut petrus et nero indigni: ſed petr9 minus indignus q̃ nero. Et tunc arguitur ſic q Petrus ſit minus indignus q̃ nero non eſt hoc niſi aut ex bonis actibus Petri aut ex actibus malis neronis. Si ex malis actibus neronis, ergo Petr9 ex bonis actibus ſuis reddetur dignus. q ſi nõ oportet dicere q Petrus habuit malos actus. ſed quia nõ fuerunt tam mali q̃ mali fuerunt actus neronis: ideo petrus non eſt tam indignus q̃ nero. Si dicatur q ex bonis actib9 petri. Cõtra ſic Per quoſcunq actus tollitur paulatim indignitas ad aliquid per eoſdem frequenter repetitos ponitur dignitas ad illud ſed per bonos actus Petri tollitur. indignitas reſpectu huius quod eſt pati pro chriſto ergo per bonos actus frequenter repetitos ponitur dignitas reſpectu eiuſdem Quod ſi dicatur q Petrus et nero nec digni ſunt pati pro xp̄o nec indigni ſũt contrarie licet indigni ſint negatiue: ergo Petrus et Nero ex equo ſe habent ad dignitatem et indignitatem reſpectu huius quod eſt pati pro chriſto, quia nullus ẽ dignus nullus etiam eſt indignus capiendo indignum contrarie ſed ſunt eque indigni capiendo indignum negatiue, et ita per malos nullus indiſponit ſe ad hoc q patiatur pro chriſto, et per bonos actus nullus ſe diſponit ad hoc q pro chriſto patiatur. ¶ Secundo argumentum fundatum in ſecunda auctoritate ſcilicet in auctoritate. Apoſtoli ad Phil. equaliter concludit de voluntate patiendi ſicut de conſtantia in paſſione. Patet ſic voluntas patiendi pro chriſto eſt data a deo et non tanquam prima gracia cum huiuſmodi voluntas ſequatur graciam aliam datã a deo que partialiter et ſpeciali quodam mõ huiuſmodi voluntatem effecit ergo huiuſmodi voluntas data eſt a deo pro meritis equaliter enim cõcludit de ipſa paſſione ſicut de conſtancia in paſſione ergo vel non concludit de conſtancia vel concludit de ipſa paſſio. ¶ Tertia concluſio. Multi ſancti martires non meruerunt paſſiones ſuas. Probatur quia multi ſancti martires paſſi ſunt antequam haberẽt vſum rationis ergo tales non meruerunt paſſiones ſuas. Antecedens cum conſequentia nota ſunt. ¶ Secunda deus eſt liberaliſſimus dator qui in dando a nullis cauſis dependet ergo ſicut pro actibus bonis poteſt dare alicui q patiatur pro Chriſto ita et poteſt dare et de facto dat et dedit illud multis ſanctis martiribus mere liberaliter ⁊ ſine quibuſcũq bonis actibus. Ex his patet quid ſit dicendum de queſtione in primo ſenſu. Pro ſecundo autem ſit. ¶ Quarta cõcluſio. Paſſio martirum non eſt debita peccato originali. Probatur quicquid eſt debitum peccato originali illud eſt commune omnibus qui naſcendo peccatum originale contraxerunt, ſed paſſiones martirum non ſunt communes omnibus qui peccatum originale contraxerunt ergo paſſiones martirum non ſunt debite peccato originali. ¶ Quinta concluſio ⁊ et ſi mors martirum non ſit debita peccato originali ſecundum q per tales paſſiones et a cauſa extrinſeca illata, eſt tamen debita peccato originali ſecundum q eſt anime a corpore diſſolutio. Primum probatur quia ſi ſic ſequeretur q omnes per conſimiles paſſiones ex vi peccati originalis deberent ⁊ obligati eſſent mori, ſed conſequens eſt falſum cum non omnes ſic moriantur. Secundum patet quia ex peccato originali omnes ſubditi ſunt legi mortis ⁊ neceſſitati moriendi ergo mors martirum ſecundũ q eſt anime a corpore diſſolutio eſt peccato originali debita. ¶ Secundo nullum malum impunitum eſt pena legis diuine: ſed ſecundum legem diuinam mors eſt pena peccati originalis ergo peccatum originale eſt punitum in beato laurentio morte, ſed conſtat q non niſi morte accelerata et per grauiſſimas paſſiones illata quia nullam aliam mortẽ paſſus eſt ergo tali morte peccatum originale in beato Laurentio punitum eſt, ſed conſtat q non eſt punitum ea ſecundum q per tales paſſiones illata ergo punitum eſt ea ſecundum q eſt diſſolutio anime a corpore. ¶ Sexta concluſio. Multi martires de meritis actualibus paſſiones ſuas demeruerunt. probatur multi martires fuerunt q̃ fecerunt malos actus pro quibus deus voluit q eis multi cruciatus infligerentur vt liberius et celerius martirii palma potirentur ergo multi martires demeritis actualibus paſſiones ſuas demeruerunt.
¶ Septima concluſio. Multi martires de meritis actualibus paſſiones ſuas non demeruerunt. Probatur primo de illis qui nondum vſu rationis ſuſcepto martirium ſuſceperunt. Secundo probatur de illis qui ante martirium ſanctiſſime vixerunt et adhuc in hac ſanctitate vite ſe ieiuniis, laborib9, vigiliis, orationibus, continuis afflixerunt, talibus enim nõ fuerunt paſſiones propter demerita illate. ¶ Octaua cõcluſio. Paſſiones martiribus quadruplici de cauſa illate ſunt ſcilicet, aut probationis, aut emendationis, aut glorie dei manifeſtande gratia. Probatur ex tot cauſis poſſunt inferri paſſiones martiribus ex quot tribulationes hominibus augendo gloriam patiẽtis, ſed ex huiuſmodi cauſis cõmuniter inferũt tribulatiões homĩs igitur. Minor patet de p̃ma de Abraham Iob et multis ſanctis qui vt probarẽtur

multas et varias tribulationes paſſi ſunt. Patet etiam per illud quod in Deuteronomio legitur. Et recordaberis cuncti itineris illius per quod adduxit te dominus deus tuus quadraginta annis per deſertum vt affligeret te et temptaret vt nota fierent que in tuo animo verſabantur. Utrum cuſtodires illius mandata an non. ¶ Tertio per illud Pſalmiſte probaui te ad aquas contradictionis. ¶ Quarto per illud domini ad Job. An putas me tibi aliter locutū quam vt appareres iuſtus. Pro ſecundo parte probatur primo per illud Multe tribulationes iuſtorum interdū enim vt inquit Caſſianus Juſtos pro paruis et leuibus delictis humilians varijs temptationibus tradit vt eos humiliet. ¶ Secūdo per illud. Fili noli negligere diſciplinā dei neqꝫ fatigeris cū ab eo increparis, quē enim diligit dominus corripit, flagellat enim omnem filium quē recipit. Tertio per illud apocalipſis Ego quos amo arguo et caſtigo. Quarto per illud Hiere corripe nos deꝰ verū tamē in iudicio non in furore tuo. Pro tertia parte probatur per illud euangelii. Neqꝫ hic peccat neqꝫ parentes eius ſed vt manifeſtentur opera dei in illo. Secūdo per illō Infirmitas hec nō eſt ad mortem: ſed pro gloria dei quia ſecundū quantitatem paſſionum augetur gloria et merces patientium et unde eſt quod qui maiora et grauiora paſſi ſunt Illi tamen glorioſiores ab eccleſia venerant. Ad gloriam autem dei eſt cum hec paſſiones immittitur ad multiplicandam fidem et augendam xp̄ianā religionem. Ex his patet reſponſio ad queſtionem ¶ Cōtra primam concluſionem. Arguitur ſic, Nulla virtꝰ cadit ſub merito: ſed paſſio martirum eſt virtus ergo
arg. altiſſiodo. vbi ſupra. non cadit ſub merito. Maior probatur. Nulla prima gratia cadit ſub merito: ſed tantum augmentū gratie, ſed omnis virtus eſt prima gratia ergo nulla virtꝰ cadit ſub merito, ſed tantū augmentū virtutis. Secūdo nullū malū eſt premiū bonorū operum quia premium bonorum operū debet eſſe bonum, ſed paſſio martirum et mors eorum eſt acerbiſſimū malū ergo non cadit ſub merito. ¶ Tertio nichil quod ē ſupplicium demeriti eſt premiū bonorū operū ſed in omnibus martiribus mors eſt ſupplicium et pena peccati originalis et in multis cruciatꝰ et tormēta ſūt pene pctī actualis ergo in nullisꝰ ſūt premia bonorū operū ¶ Ad primam negatur maior. Ad probationē dico
b quod gratia accipitur dupliciter. Uno mō pro quolibet dono gratis dato. Alio modo pro dono gratum faciente. Si accipitur gratia ſecundo mō ſic ergo nego quod prima gratia
Oppoſitū huiꝰ cōe pte pbat maioꝝ.4 ſentētiaꝝ diſtinct.5. non cadat ſub merito. Nam et Cornelius et Auguſtinus precibus et orationibus primam gratiam meruerunt. Cornelio enim dictum eſt Cornelii exaudita eſt oratio tua. Et de Auguſtino patet ex legenda ſua et multi etiam meruerunt primam gratiam in parētibus et cognatis vt Martinus in matre et beata Agatha in marito et fratre. Similiter lapſus in peccatum mortale per attritionem meretur ſibi gratiam reſtitui. Si autem accipiatur gratia primo modo ſic concedo antecedens quia nullum opus humanum eſt bonum niſi ad ipſum concurrat aliqua ſpecialis motio dei que motio dei eſt donum gratis datum. Et ideo prima motio vel primum donum gratuitum non cadit ſub merito quia non eſt meritum niſi aliquod donum tale preceſſerit. ¶ Ad ſecundam concedo maiorem de malo quod non eſt bonum. Et ad minorem dico quod paſſio illa cum ſit pro Chriſto eſt
d malum pene ſed eſt excellens bonum virtutis habet enim huiuſmodi paſſio duo, vnum quod ſit afflictiua aliud quod pro Chriſto tolleretur. Ex meritis ergo bonis interdum contingit quod hoc afflictiuū pro chriſto tolleretur. ¶ Ad tertiam nego maiorem et dico quod huiuſmodi paſſio et mors martirum habet duo ſcilicet quod ſit afflictiua et quod ſit pro Chriſto tollerata Et ideo ſecundum quod afflictiua poteſt eſſe ſupplicium demeriti et ſecundum quod pro Chriſto tollerata poteſt eſſe meritorū merces et premium. ¶ Contra quintam concluſionem Arguit ſic. Argu. altiſſio. vbi ſupra.
Omnis mors hominum qui peccato originali fuerūt infecti eſt pena peccati originalis, ſed mors martirū talibus paſſionibus et a cauſa extrinſeca illata eſt huiuſmodi mors, ergo mors martirum talibus paſſionibus inflicta eſt pena peccati originalis. Secūdo beatus Laurentius aliquam mortem ex peccato originali debitam ſoluit, ſed non ſoluit niſi mortem tā grauibus paſſionibus inflictam igitur. Tertio iſta ꝯña non valet. Peccatum originale punitum eſt in beato Laurentio morte accelerata et acerba ergo mors accelerata et acerba debebatur pctō originali Antecedens probatur a ſimili. Non ſequitur peccatum mortale punitur pena contritionis, ergo pena contritionis debita eſt pro peccato mortali quia pctō mortali debetur pena eterna, non temporalis tamen dominus commutat penam eternam in temporalē ne peccatum remaneat impunitum. ¶ Ad iſtas rationes. Ad duas primas concedo cōcluſiones illatas quia ſunt mere cathegorice et non ſpecificatiue nec contradicunt concluſioni que ſpecificatiua eſt et non mere reduplicatiua. Nam iſte multum differunt Johannes baptiſatus dampnatur, et Johannes ſecundum quod baptiſatus dampnatur. ¶ Ad tertiam opinio Altiſſiodorī eſt quod mors martirum que ſcꝫ eſt cum vehementibus paſſionibus non debetur peccato originali, quia peccato originali tantum debetur mors que prouenit ex neceſſitate moriendi Martirum autē mors non prouenit ex neceſſitate moriendi ſed ē cauſa extrinſeca illata. ¶ Iſta opinio michi videtur difficilis ad intelligendum. Neqꝫ poſſum bene videre quō ꝯ altiſſio.
peccatum actuale vel originale puniatur aliqua pena que nec in ſe nec in equiualenti ſit ei debita, quēadmodum pena minor eſt debita peccato in equiualenti cum eidem peccato eſt debita pena maior. Ideo reſpondeo ad rationem negando antecedens ſcilicet quod illa conſequentia non valeat accipiendo conſequens mere in ſenſu cathegorico. ¶ Ad probationem nego aſſumptum. Et reſpondeo dupliciter. Primo quod pena contritionis debetur peccato mortali actuali vel in ſe vel in equiualenti quia in pena eterna que equiualet omnibus peccatis temporalibus. ¶ Secundo reſpondeo quod peccato mortali viatoris debetur diſiunctiue pena duplex ſcilicet eterna et cō
tritionis et quam diu eſt viator ſufficit ſoluere vnā. e
¶ Si autem non ſoluat penam contritionis quamdiu eſt viator tunc quia iam impoſſibile eſt eam ſoluere ideo tenetur ſimpliciter ſecundum legem ad penam eternam. Et ſi dicas quod ſecundum hoc iſta non eſſet ſimpliciter concedenda peccator eſt dignus pena eterna quia peccator dignus duabus penis diſiunctim eſt obligatus ad nullam earum ſimpliciter. ¶ Reſpondeo quod ad quamlibet earum eſt in ſolidum obligatus ſed ſoluta vna abſoluitur ab altera. Soluta enim pena contritionis ſecundum legem miſericordie dei abſoluitur a pena eterna et preter hoc adhuc quamdiu non conteritur in via ſimpliciter concedendum eſſe videtur, quod eſt obligatus ad penam eternam quia quamdiu eſt in via et nō conteritur cum poſſit conteri cenſetur nolle conteri et per conſequens cenſetur teneri et obligari ad penam eternam. ¶ Aut tertio. Reſpondeo et melius credo quod pena eterna eſt debita peccato mortali, eſt tamen in poteſtate eius qui peccauit vt

dem corporis licet recta ratio bene dictabat ꝙ mi-
nus erat fugiēda hmōi corporis corruptio quā ab
negatio fidei/dictabat etiā recta ratio lucie qḋ ſi
ꝓpter fidē inferret ſibi corruptio corpalis ītegrita
tis/quod ipſa debet ſeruare equanimitatē mentis
nec propter hanc a vera hominis dignitate deuici
¶ Quinta concluſio/Suſtinentia hmōi paſſionum
nec intrinſece nec extrinſece ē meritoria/probat̄
qꝛ tollerantia hmōi paſſionum non eſt plus volita
quam ipſa paſſio ois volens ſuſtinere aliquā paſ-
nem vult modo volēdi talem paſſionē ergo in qui-
bus paſſio non eſt volita nec ipſa ſuſtinentia paſ-
ſionis eſt volita. ¶ Scdo aliquas tales paſſiones
nolle ſuſtinere eſt virtuoſum ergo aliquas tales vel
le ſuſtinere eſt vicioſum/ceteris paribus remanenti
bus ergo ſuſtinētia reſpectu talium non eſt merito-
ria vite eterne/aña patet. ¶ Nam erat in lucia vir-
tuoſum nolle ſuſtinere corruptionem integritatis
corporalis ergo ipſa nunꝗ voluit ſuſtinere corru-
ptionem integritatis corporalis. ¶ Tertio eadem
argumē-
tū altiſſi
odoreñ.
eſt virtus ꝛ diſcretio oppoſitoꝝ liberalitas eñi eſt
in nō dare non dāda/ſicut in dare danda ergo etiā
eadē patientia eſt in ſufferendo ſufferēda ꝛ non ſuf
ferendo non ſufferenda ſed multe tales paſſiones
non ſunt ſufferende ergo virtus que eſt circa eas nō
eſt in ſufferendo ſed in non ſufferendo/minor patet
de illis que ſunt in honeſte ꝛ turpem exitum habēt/
in quarū ſufferētia dicit altiſſiodoreñ. non conſiſte
re virtutem ſed in recuſando eas/et in hoc prepoſi
ꝓpoſitus
altiſſio-
dorenſis
vbi ſ.
tuū ſequitur. Ita dicens Solutio ſicut prepoſitiu᷒
diſtinxit quedā ſunt paſſiones que ſcḋm naturā ſu-
am in turpem vergunt exitum ſicut violenta corru
ptio virginitatis violenta penarū ſuſceptio cum
quis cogitur adorare ydolum. Alie ſunt paſſiones
que ſcḋm naturam ſuā inducunt honeſtatē vel vtili
tatē ſicut flagellorū ſuſceptio pro fide xp̄i/dicimus
ergo cū ꝓpoſitiuo qḋ patiētia duos hꝫ vſus ſcꝫ ſuf-
ferre ſufferenda ꝛ reſpuere reſpuenda licet nō ſit no
approba
tur dictū
ꝓpoſitiuꝫ
ꝛ altiſſio
dorenſis
minata niſi ſcḋm alterum iſtorum. ¶ Unde concedi
mus quod in predicto caſu non meret̄ ſancta lucia
ex ſufferentia paſſionis ſed recuſatione ꝛ rebella-
tione ꝛ ita non ex voluntate non patiendi ſed ex vo
luntate nō patiendi merebatur. ¶ Iſtud dictum eſt
eſt multum rationabile/ſed iudicio meo poteſt addi
adhuc vnū membrū diuiſioni ſcilicet ꝙ quedā ſunt
paſſiones que nec honeſtatem nec vtilitatem habēt
nec etiam exitū turpem. ſicut cū quis patitur. flagel
la pro fide xp̄i nec tū ſperat per hoc cōuerſionē ho-
minū aut aliqḋ aliud qꝛ forte patit̄ in loco ſecreto
nec per hoc magis defendit̄ fides quam ſi non pate
ret eo ꝙ nō eſſet ſibi ꝓpoſita patiēdū ꝯditio/ꝛ ita
lib᷒ poteſt velle ſuſtinentiā paſſionis/poteſt etiam
nolle/dum tū ſemper magis velit fugere negatio-
nem fidei ꝙ̄ tollerantiā paſſionis non tū placet
michi quod idem doctor concludit ꝛ in eadem que
ſtione frequenter repetit niſi accipiat ſuſtinentiam
ꝓ actu interiori ſcilicet pro volitiōe qua volo paſ
ſionem tollerare propter deum. Nec video aliter
quomodo differant paſſio ꝛ tollerantia paſſionis
nec video poſſibile eſſe quod aliquis nollit pati fla
B
gella vel mortem et tamen velit ſuſtinentiam flagel
lorum et mortis. ¶ Sexta concluſio velle minus fu-
gere huiuſmodi paſſiones quam ydolatriam aut
negationem fidei eſt eterne vite meritorium maxi-
me ſi ſit ab habente caritatem. Patet quia huiuſ-
modi velle eſt actus conformis recte rationi dictā-
ti quod minus male ſemper eſt minus fugiendum.
¶ Septima concluſio non fugere huiuſmodi paſſio
nes cum proponuntur in comparatione ad ydola-
triam vel negationem fidei vel iniuſticiam eſt me-
ritorium vite eterne/probatur quia tale nō fugere
eſt ſub ordinatum bone volitioni et meritorie ergo
eſt meritoriū vite eterne extrinſece/licet nō intrinſe
ce et hoc forte intelligebat altiſſiodoreñ cū dicebat
ꝙ ſuſtinentia hmōi paſſionū erat vite eterne merito
ria ꝛ nō ipſe paſſiones. ¶ Contra tertiā cōcluſionē
arguitur ſic. hmōi paſſiones nō ſunt ex libero arbi
trio tanꝗ opus eius immo procedūt a cauſa extrin
ſeca et ex corruptione corporis ergo non ſunt meri
torie vite eterne. ¶ Secūdo dolor ex preſētia ignis
aut vehementia ictuū cauſatur mere naturaliter ſi
cut ꝛ labor ex opere predicationis ꝛ fatigatio ex o-
pere peregrinationis ergo iſta nō ſūt in libera po
teſtate facientis ergo nō ſunt meritoria vite eterne
¶ Tertio ſuſtinere paſſionē eſt meritoriū ergo ſuſti
nere maiorē paſſionē eſt magis meritoriū ſed conſe
quens eſt falſum igitur. Minor probatur. Volo ꝙ
duo velint ſuſtinere penas eiuſdē quantitatis vn᷒
tamen ex minori caritate alius ex maiori. Tunc ſic
Ille qui vult ſuſtinere penā tante quātitatis ex ma-
iori caritate magis meretur ꝛ tamē minus patitur
ergo minorē penam ſuſtinet ergo nō eſt verū quod
ſuſtinere maiorē penā ſemper ſit magis meritoriū.
argumē.
altiſſio-
doreñ vbi
ſupra.
¶ Quarto. Volo ꝙ aliquis propter demerita duca
tur ad patibulū et quod ei iūgat ſacerdos quod in
remiſſionem peccatorum voluntarie ꝛ equanimiter
ſuſtineat penā ꝛ opprobriū ſuſpēſionis tūc ſic talis
ſuſtinētia eſt volita et tamē non eſt meritoria vite
eterne Tum primo quia nō eſt ſatiſfactoria ꝓ pec-
catis ſuis quia alias ſtatim euolaret ad celuꝫ Tuꝫ
ſecundo quia fur velit nolit ſuſtinet hmōi paſſioneꝫ
Tum tertio quia ille qui eſt in purgatorio quātūis
velit pati vt citius euolet ad celū tamē patiēdo nō
meretur quia velit nolit patitur. Ad primū dico qḋ
C
aliquid dicit̄ opus liberi arbitrii qḋruplíciter. vno
modo tanquā elicitum ꝛ ſic nō valet cōſequētia qꝛ
tunc nullus act᷒ alterius potētie a volūtate eēt nec
intrinſece nec extrinſece meritorius vite eterne. Se
cundo tāꝗ imperatum ꝛ hoc tripliciter vno modo
tanꝗ imperatum vt fiat et de tali nego etiam conſe
quentiā. Alias enim tollerātie paſſionū que ſecun-
dum naturā ſuā honeſtatē habent vel vtilitatē non
eſſent meritorie vite eterne cui᷒ oppoſitū dicit idē
altiſſiodorenſis cuius ratio hic ſoluitur. ¶ Tertio
modo tanꝗ imperatū vt ſuſtineatur. Quarto mō
tanꝗ imperatū vt nō fugiatur dico ergo ꝙ ad hoc
ꝙ aliquid dicatur opus liberi arbitrii ſufficit ꝙ ſit
volitio ꝙ cōtingit ſi imperantur fieri vel ſuſtineri
Si autem imperantur vt nō fugiantur quia cū hoc
ſtat ꝙ nō ſint volite ideo etiā ſtat ꝙ nō ſint merito-
rie. Nō fugere tamē eas quod eſt actus imperatus
eſt meritoriū vite eterne. ¶ Ad ſecundam cōcedo an
tecedens ꝛ nego cōſequētiā quia licet nō ſit in libe-
ra poteſtate merentis vt cauſa applicata non agat
eo ꝙ naturaliter agit quia tamē eſt in libera ei᷒ po
teſtate vt cauſa nō ponatur ideo eſt ſimpliciter con
D
cedendū ꝙ ꝛ labor et dolor et defatigatio ſunt in
poteſtate merentis. Ad tertiam poſſet faciliter di-
ci ꝙ ꝯña nō valet eo ꝙ ſtare poteſt ꝙ ferens paruā
penā ſponte nō fert maiorē niſi inuite. Sed qꝛ hoc
non euacuat difficultatē Ideo dico ꝙ aliqua pena
poteſt dici maior pena quā altera quadrupliciter
vno modo cōparando penam ad penaꝫ abſolute ſi
quo mō
vna pena
eſt maior
altera.
cut ieiunium triū dierum eſt maior pena quā ieiuni
um vnius vel quā peregrinatio vnius hore. Secun
do modo comparando penā ad ſuſcipientem ſicut
ieiunium vni᷒ diei eſt maior pena colerico quā fleg
matico. Et hoc tripliciter quia vel maioritas illa

prouenit ex bonis aut malis naturalibus vel for-
tuitis Exemplum prime ſicut colerico ex cõplexione
ſua magis penale eſt ieiunare per vnum diem quã
flegmatico. Exemplum ſcdi ſicut regi propter copi-
am diuitiarũ min⁹ penale eſt dare tria quã vetule
pauperi ꝓpter paupertatẽ ſuã aut ꝓuenit maioritas
illa ex bonis ꝛ malis moris, ex bonis ſicut haben-
ti multã intenſã caritatẽ aut habitũ tẽperantie mi-
nus penale eſt ieiunare per tres dies quã hos habi-
tus nõ habenti aut habẽti ſed minus intenſos. Ex
malis habẽti habitũ auaricie intenſũ magis pena-
le eſt dare tria quã talem habitũ malũ nõ habenti.
Ideo ad argumentũ concedo ꝙ ſuſtinere maiorem
penã libere et ſpõte maioritate ſumpta ex ꝯpara-
tione pene ad perſonã ſuſcipientis ꝓuenĩete ex bo-
nis vel malis naturalibus vel fortuitis ſed non ꝓ-
uenĩete ex bonis aut malis moris eſt mag; merito-
rium ꝙ̃ ſuſtinere et morẽ ceteris paribus. Non ex
bonis qꝛ nulli ſua ſtrennuitas obeſſe debet. Nõ ex
malis qꝛ nulli ſua malicia debet prodeſſe Argumẽ-
tũ aũt procedit de bono moris ſcꝫ de bono carita-
tis ꝛ ideo non cõcludit. ¶ Ad quartã dicit altiſſiodo-
renſ. ꝙ ſuſtinentia pene nõ eſt meritoria plene libe-

Cõtra altiſſiodoreñ. libro 3° tractatu 7°. capitulo antepenultimo.

rationis licet valeat ſuſtinẽti. Hec ſolutio non mi-
chi ſatiſfacit. Tum qꝛ ſi valeat ſibi adminutionem
pene cũ pena nõ ſit infinita ſed finita tũc poſſet tñ
intẽdi hec volitio ꝛ diuini poſſent circũſtantie peri
ꝙ valeret ad plenã liberationẽ. Tũ ſcdo qꝛ poſſibi-
le eſſet quod nõ ſciret ſe ad iudicatũ morti ꝛ ideo in
tali caſu tñ valeret acſi oĩno mere libere pateret.
Et ideo dico ꝙ vel talis ſcit ſe irreuocabiliter adiu-
dicatũ morti vel non. Si nõ eodẽ modo dicẽdũ eſt
acſi nõ eſſet adiudicatus. Si ſic aut talis in actu ex-
teriori habet circũſtantiam iudicii pro obiecto qꝛ
ſcilicet videt ſe nõ poſſe euadere mortẽ propter iudi-
ciũ factum vult de neceſſitate virtutem facere et tol-
lerare penam cui adiudicatus eſt equanimitatem
ſeruare et hoc eſt multum meritorium licet non va-
leat ac remiſſionem totalem illius pene que voli-
tionem mere liberam et talem circunſtantiam non
habentem poſſet totaliter dimitti ymo etiam p ali-
quanto minorem penam. Et in hoc caſu bene dicit

Malor pena nõ tituus liberat ꝙ̃ minor.

altiſſiodoreñ. Et ideo ſcðm eum non valeat iſta con-
ſequentia Iſte ſuſtinet penam iniunctam et minor
illi ſufficeret ad plenam liberationẽ ergo per iſtaꝫ
penam plene liberatur quia non ſuſtinet volunta-
te plena libera. ¶ Aut in actu interiori non habet
huiuſmodi circunſtantiam pro obiecto, aut ſi ha-
bet gaudet eam habere et ſibi placet huiuſmodi cir-
cunſtantia vt digne puniatur in eo delictum quo
legem trãſgreſſus, et liberetur totaliter a pena cui
eſt per hanc tranſgreſſionem obligatus. ¶ Eſt in
iſto caſu videtur michi quod non eſt minus merito-
ria. Et ad primam probationem dico quod ſi non
habeat aliud peccatum ſtatim euolat ad celum.
¶ Ad ſecundam probationem dico quod licet velit
nolit ſuſtineat tamen ita vult ſuſtinere in iſto caſu
acſi in poteſtate ſua eſſet non ſuſtinere. ¶ Ad terti-
am dico quod ille qui eſt in purgatorio extra ſtatũ

argumẽta altiſſiodoreñ. ſtatim vbi ſup.

merendi. Et ideo ſiue pati poſſit ſiue non non mere-
tur per illam paſſionem, quis tñ a pena cui erat
obligat⁹ patiendo liberetur. ¶ Cõtra quartam et
quintã concluſionem arguitur primo argumento
poſt oppoſitum. Secũdo arguitr gaudendũ erat ſã-
ctis de ſuis paſſionibus ꝛ nõ propter vtilitatẽ ali-
quã tẽporalem ergo ꝓpter vtilitatẽ eterne vite ergo
huiuſmodi paſſiones ſunt eterne vite, antecedens
probatur primo p illud iacobi Omne gaudium exi-
ſtimare fratres cũ in varias temptationes incide-
ritis ergo cum paſſiones martirii ſint grauiſſime
temptationes ſequitur quod de hmõi paſſionibus
eſt ſanctis gaudendũ. ¶ Tum ſecũdo per illud actũ
ibant appoſtoli gaudẽtes a cõſpectu cõſilii quoniã
digni habitati ſunt pro nomine iheſu contumeliaꝫ
pati. ¶ Tum tertio per illud appoſtoli ad philipen-
ſes. gaudete quia datum eſt vobis nõ ſolum vt cre-
datis in eũ ſed etiã vt patiamini p eo. Tertio ſancti
meruerũt aureolam martirio ſuo, aut ergo volun-
tate patiendi aut ipſa paſſione. Non voluntate pa-
tiendi quia ipſam voluntatẽ habebãt ante martiri-
um ꝛ tamẽ nõ merebantur aureolam. Tum etiam
quia in caſu nõ habẽt voluntatẽ reſpectu hmõi paſ-
ſionum quia cõcluſio expreſſe poſita eſt de paſſioni-
bus nõ volitis ergo martires aureolã meruerũt ip-
ſa paſſione martirii. ¶ Quarto omnis paſſio que
eſt actus bonus ꝛ voluntarius recte rationi cõfor-
mis eſt meritorius. ſed hmõi paſſio eſt actus bonus
cum ita patientes laudẽtur et voluntarius quia ſi
non vellẽt nõ paterẽtur igitur ſũt meritorie ¶ Quin-
to tã actiones ꝙ̃ paſſiones ſpirituales ſunt merito-
rie vt ſũt amor, ſpes, gaudiũ ergo ꝛ paſſiones cor-
porales ¶ Sexto ſi beata Lucia fuiſſet corrupta fu-
iſſet duplicatum meritũ ſue caſtitatis ſecũdũ illud
ꝙ ipſa reſpondit tirãno Si inuitã me violaueris ca-
ſtitas michi duplicabitur ad coronã, ꝛ hoc qꝛ meri-
to caſtitatis additũ fuiſſet meritũ patientie ſed cõ-
ſtat ꝙ beata Lucia nõ meruiſſet voluntate patien-
di corruptionẽ ergo meruiſſet ipſa paſſione corru-
ptionis. Minor patet quia tũc nõ fuiſſet inuita cor-
rupta. ¶ Ad primũ reſpondet Altiſſiodoreñ ꝙ mors

altiſſiodoreñ.

ſanctorum dicitur precioſa ratione ſuſtinentie cui
ipſa mors eſt annexa frequẽter enim vt dicit attri-
buitur paſſioni quod cõuenit motui cui paſſio eſt an-
nexa, ſed quia hoc eſt cõtra quintã concluſionẽ ideo
aliter dicendũ eſt ꝙ mors ſanctorũ dicitur precio-
ſa ꝓpter bonos motus ꝛ puritatẽ conſciẽtie quam
habẽt ſancti cũ moriuntur ¶ Secũdo dico ſi aucto-
ritas intelligatur tantũ de ſanctis qui pro Chriſto
aut fide eius occidũtur tunc mors eoꝝ precioſa dici-
tur ſi ſit ab eis ꝓpter aliq̃ cauſã rationabilẽ voli-
ta ſicut contingebat in Appoſtolo cũ dicebat, cupio
diſſolui ꝛ eſſe cum Chriſto ꝙ ſi nõ ſit volita dicitur
precioſa quia precioſum eſt ꝛ laudabile minus fu-
gere eã ꝙ̃ ydolatriam vel aliud minus malũ ¶ Ad

Marti. de paſſionib⁹ gaudent.

ſecundã dico ꝙ ſancti eſt gaudendũ de ſuis paſſio-
nibus. tum primo ſi ꝓpter aliquã rationabilẽ cau-
ſam nõ ſint volite. tum qꝛ actus interior ꝯcomitãte
paſſione eſt meritorius alicuius premii cuius non
erat meritorius nõ concomitante paſſione. tum ter-
tio quia frequenter per actum patiendi augetur ꝛ
intenditur actus interior qui ꝓpter ꝛ per ſe eſt me-
ritorius. tum quarto quia in preſẽtia paſſionis fre-
quenter multi boni motus et laudabiles habentur
qui ſine ea nõ haberẽtur. Tum quinto quia hoc qð
eſt nõ fugere paſſionẽ eſt laudabile et meritorium
ſaltẽ extrinſece. ¶ Ad tertiam dico ꝙ duplex eſt vo-
luntas patiẽdi vna eſt imperatiua executionis for-
maliter Et nõ loquẽdo de tali voluntate dico ꝙ cũ
martir vult paſſionẽ ſuam ipſa voluntate patiendi
meretur aureolam quia omnẽ talẽ voluntatẽ cõco-
mitatur paſſio. Alia eſt que non eſt formaliter im-
peratiua executionis ꝛ de tali voluntate cõceditur
ꝙ non meretur per eam aureolam ſicut bene cõclu-
dit prima probatio ¶ Ad ſecundã ꝓbationem dico
ꝙ in caſu cõcluſionis tales nõ merentur voluntate
patiendi ſed merẽtur aureolã aut voluntate defen-
dendi fidem vel iuſticiam non obſtante circũſtantiis
paſſionis aut voluntate non fugiendi hmõi paſſio-

tem per deſertionē fidei vel iuſticie formaliter ipe
peratiua executionis hec ſolutio ſatis eſt cōformis
ſolutioni altiſſiodoreñ. ita dicētis. ¶ Ad tertiū di-
co φ martires merentur aureolam voluntate pati-
endi ⁊ non ipſa paſſione. Sed diſtinguenda eſt du-
duplex vo- plex voluntas vna eſt precedens paſſionem. Alia cō
luntas. comitās voluntate prima nō meretur ſanctus au-
reolam ſed voluntate cōcomitante meretur qm̄ effi
catior eſt voluntas cōcomitans et ſtrenuior propter
operis excellentiā ⁊ priuilegiū. Et ideo aliquid per
eam meretur quod non merebaꝛ ante paſſionem. ſi
cut predicator in actu predicatiōis mereꝛ aureolā.
declara- quā tñ nō meretur ſi nō predicaret ⁊ hoc propter ex
tio opini cellentiā ⁊ priuilegiū predicatiōis. Si illa opinio
onis al- intelligaꝛ ad ſenſum iam dictū ſcꝫ φ per volunta
tiſſiodo- tem antecedentē intelligaꝛ volūtas non imperati-
renſis. ua formaliter executionis ⁊ per concomitantē in-
telligaꝛ volūtas vel volitio formaliter imperatiua
executionis eſt vera. Si aūt intelligatur vt videnꝛ
ſonare verba φ ſcilicet eadē volūtas ſiue ſcđm nu
merū ſiue ſcđm ſpeciē ſit primo premia actu vel ope
ri exteriori ⁊ poſtea ſit cōiuncta actui ⁊ per coniun
ctionē ad actum ipſa nec ſcđm ſpeciem nec ſcđm in
tentionem mutata ſit meritoria alicuius premii cu
ius ipſa primo non erat meritoria cuius etiam ipm
opus non eſt meritoriū non videtur michi rationa
biliter dictū niſi hoc totaliter attribuereꝛ inſtitu-
tione cauſe premitiue ⁊ nō nature actuū cuius tñ vi
detur oppoſitū dicere cum dicit φ hoc habet volun
tas cōcomitans propter excellentiā et priuilegium
operis. ¶ Dico ergo φ voluntas formaliter impe-
ratiua executionis differt ſpem et merito a volun-
tate que nō eſt formaliter īperatiua executionis. Et
ideo tali volūtate mereꝛ aureolā et nō alia. ¶ Ad
quartā cōcedo maiorē ⁊ nego minorē. Talis enim
paſſio nō volita nec eſt actus bonus nec volūtari⁹.
Et ad probationē cū dicit ſi nō vellent non paterē-
tur Dico φ iſta ꝓpoſitio eſt truncata ⁊ ad eā reſpō-
dendū diuerſimode ſm φ diuerſimode ſpñci poteſt
vno mō pōt ſic perfici ſi nō vellent pati non paterē-
tur. ⁊ ſic ego nego qꝛ de facto ita eſt φ nō volūt pa
ti ⁊ tñ patiūtur. Alio modo ſic φ pro conſtructibi-
li ponatur terminus ſignificans rem principaliter
volitā puta iuſticiā vel fidei defenſionē vel aliquid
ſimile ita φ ſit ſenſus ſi nō vellent fidei defenſionē
vel ſi non vellent minus fugere paſſionem ꝙ nega-
tionem fidei non paterentur ⁊ ſic concedo. ſed nego
conſequentiā qua infertur, ergo volūt pati, ⁊ cum
dicꝛ φ ita patientes laudātur, dico φ laudant nō
propter paſſionē ipſam quā nō volunt ſed propter
multas alias cauſas quas aſſignamus cū oſtendi-
mus cauſas ꝓpter quas eſt eis eſſe gaudēdū ex paſ
ſionibus ſuis. Ad quintā reſpōdet altiſſiodoreñ. ne
Solutio gādo ꝯñam qꝛ paſſiones ſpūales ſunt voluntarie,
altiſſio- ſed nō paſſiones corporales, diſtiguit tñ de paſſio-
dorenſis nibus ſpūalibus quedā ſunt q̄ ſimul ſunt paſſiones
⁊ actiones ſiue agēs vt amor dei q̄ ſimul illate ſūt
⁊ inferūt Illate quidē a deo ⁊ inferūt delectationē
⁊ iocūditatē, tales ſunt meritorie ſuis motibus nō
ſm φ paſſiones ſed ſm φ actiones, ſunt alie paſ-
ſiones q̄ pure paſſiones ſunt vt ſuauitas ꝯſcientie
iocunditas mentis et tales non ſunt meritorie qꝛ li
cet ſubiaceant libero arbitrio non tamē ſunt opus
liberi arbitrii imo dulcedo dei cauſa eſt illarum,
ſicut dulcedo cauſata ex guſtu mellis non eſt a gu-
ſtu ſed a melle. Iſta ſolutio non michi placet quia
ꝯ altiſſio- ſiue paſſio ſit paſſio tantum ſiue ſimul ſit actio et
dorenſem. paſſio ipſa tamen eſt voluntaria et meritoria vel
demeritoria dum tamen ipſa ſecundum ſe vel ſe-
cundum ſuas cauſas proximas ſit in poteſtate vo
luntatis immo ſecundum ariſtotelē ſecundo ethico-
rū omnis virtus eſt circa delectationes ⁊ triſticia
⁊ tamē cōſtat φ cauſe delectatiōis naturaliter ca
ſant eam nec in poteſtate voluntatis eſt φ oppoſ-
tis cauſis delectationis nō ponaꝛ delectatio. Ide
aliter dico ad argumētum φ ſi antecedens intelli-
gatur vniuerſaliter falſum eſt ſicut enim paſſionū
corporalium alique ſunt meritorie ⁊ alique nō ita
⁊ paſſionū ſpiritualiū triſticia enim proueniens ex
paſſione corporali non volita nō eſt meritoria ſicut ſolutio
nec ipſa paſſio corporalis ⁊ delectatio mētalis ꝓ- auctoris
ueniens ex corporali paſſione nō volita nō eſt meri
toria. ¶ Ad ſextā concedo maiorem. habuiſſet enim
meritū caſtitatis, habuiſſet propterea velle minus
fugere corruptionē corporis ꝙ fidei habuiſſet pre- Ratio q
terea meritum recuſationis corporalis corruptio- re dupli-
nis ⁊ cū dicis φ nō meruiſſet voluntate patiendi cō- cata fuiſ
cedo aſſūptū ⁊ nego cōſequentiā quia multis aliis ſet coro-
volitionibus vel nolitionibus meruiſſet ſcilicet nō no liniē.
patiendi, preferendi fidē corruptiōi corporis ¶ Con
tra ſextam ⁊ ſeptimā cōcluſiones arguitur ſic. Su
ſtinere hmōi paſſiones nō meritoriū vite eterne ergo
nec fugere hmōi paſſiones eſt meritoriū vite eterne
Antecedēs eſt notum ex cōcluſione quinta ⁊ ꝓ pro
batione cōſequentie ſupponitur φ tota cauſa pro-
pter quā hmōi ſuſtinentia nō eſt meritoria eſt quia
non eſt volita. Tunc ſic bene ſequitur Tu negabis
fidem vel ſuſtinebis acerbiſſimā mortē ſed non ne-
gabis fidem ergo ſuſtinebis acerbiſſimā mortē ſed
aña eſt a te volitum ergo ⁊ ꝯña ⁊ per conſequēs tu
vis ſuſtinere mortē acerbiſſimā ne fidem neges Se-
cundo bene ſequitur Tu nō fugies mortē ergo ſuſti
nebis mortem ſed antecedens eſt a te volitū ergo et
cōſequens Tertio ſecūdum ariſtotelē que per violē
tiam fiunt ſunt magis volita ꝙ nolita quia ad talia
mouemus potentias organicas quarum motus eſt
in poteſtate noſtra ſicut patꝫ de proiicientem merces
in mare ergo licet ad talia violentemur hoc tamē
non impedit quin ſint volita. Quarto volitio cōdi
tionata ſufficit ad meritum ⁊ demeritū ſicut ad tri
ſticiaꝫ ⁊ delectationē ſed in martiribus fuit volitio
conditionata reſpectu ſue paſſionis. Si enim non
poterāt euadere negationē fidei aliter ꝙ patiendo
volebant pati ergo in eis erat volitio paſſionis ſuf
ficiens ad meritum ⁊ per cōſequens paſſio ipſa erat
ſufficienter volita vt eſſet meritoria. ¶ Ad primaꝫ
negatur cōſequentia et ad probationē cōcedo aſſū
ptum φ bene ſequitur. Et cum dicis φ antecedens
eſt a te volitum negatur, licet enim vna pars ante-
cedentis ſit volita ſcilicet non negare fidem tamen
altera nō eſt volita ſcilicet vel negare fidē vel ſuſti-
nere mortem acerbiſſimam. ¶ Ad ſcđam nego aña
ſcilicet φ bene ſequatur In multis enim antecedēs
eſt verū ſcilicet in his in quibus nō eſt propoſita cō
ditio ſupradicta et tamen cōſequēs eſt falſū. ¶ Et
ſi dicas φ cōſequentia ē bona vt φ nūc ſcilicet reten
to caſu ſupradicto. dico dupliciter Primo φ dato
φ ꝯña ſit bona ⁊ nunc ſcilicet poſito caſu et aña ſit
volitum quia tñ caſus ex quo partialiter depen-
det ꝯña nō eſt volitus. ideo hoc nō infert ꝯña eſſe vo
litum Secundo dico φ in omni ꝯña que nō tenet niſi
caſu poſito propoſitio exprimens poſitionē ca-
ſus eſt pars añtis. et ideo negatur φ antecedens ſit
volitum. qꝛ caſus nō eſt volitus. ¶ Ad tertiam dico
φ eorum que per violentiaꝫ fiunt quedā ſunt que a
nobis fiunt. alia ſunt que nō fiūt a nobis ſed reſpe
ctu eorum nō habemus nos niſi paſſiue. Exemplum
nis nõ ſẽp ẽ peccatũ fo.eodẽ:co.iiii
Timore in gratiatiõis nõ ẽ op⁹ virtutis deſerẽdũ
vide fo.vii.co.ii
Timor & audacia nõ ſunt totale obiectũ forti=
tudinis fo. viii.co.iii
Triſtitia duplex deuicẽs & afficiẽs fo.xv.co.ii
Triſtitia duplex.ſ. deliberata & nõ deliberata
vide. fo.xl.co.iiii.
Triſtitia multiplex fo.xcvii.co.iiii
Triſtitia facit ac ſẽtẽtia iuſta iniuſtã fo.c.co.i
Tollere ipedimẽta rectã rationẽ ipediẽtia po=
nit in opibus hũanis eſt mihi virtuti commune
vide fo.i.co.ii.& fo.ii.co.ii

V

Vecordia qd ẽ & qualiter gñaſ fo.xxii.co.iiii
Verecũdia qd ẽ fo.xii.co.i
Verecũdia bifariã capi fo.xxxii.co.iiii
Veritates credibiles duplices fo.lxix.co.iii.E
Vitiũ capitale qd ẽ fo.lxxxvii.co.iiii.& xcv.
& ẽt colũna prima
vitiũ vnũ originat aliud dupli. fo. xciiii. co.i
virt⁹ trifariã capi. fo.lxv.co.iii
virt⁹ trifariã dr̃ haberi fo.lxi.co.iii.
virtutes non ſunt cõnexæ fo.xl.co.iiii
Virtutes quo ad act⁹ non remanẽt i patria fo.
eodẽ & ẽt co.iii.Q
virt⁹ verſaſ circa plura dupl̃r. fo.xxvii.co.iiii
Virtus nõ ẽ cã honoris fo.xxvii.co.i.P.
Virt⁹ bifariã verſaſ circa extrema fo.ii.co.ii
Virtutes cardinales alias virtutes in tribus p̄=
cellunt fo.iii.co.iii
Virtus dr̃ cardinalis quia eã habet potiſſimos
virtutum habitus fo.ii.co.iiii
Virtutũ cardinaliũ q̃libet nõ ſemper aliam iu=
uat. fo.vi.co.iii
Volitio iuſtitiæ ad magnanimitatẽ ptinens du
plex vide fo.xxxix.co.ii.
Volitio ſine habitu aliquo põt bonũ rationis
ſeruare cõtra quaſcũq; triſtitias fo. xl.co.i.K
Volitu dr̃ aliq̃d bifariã fo.xx.co.ii.y
Vſus ẽ melior q̃ poſſeſſio fo.xii.co.i.E
Vtilius non ſemper ẽ melius.fo.eodẽ.co.eadẽ

X

Xp̃s nõ accelerauit vſum rationis inocẽtibus
occiſis fo.xlv.co.ii.
Xp̃s oia magnifice egit fo.xxxviii.co.ii
Xpianus bifariã capi fo.lxxi.co.iii.T

y

ypocrita nõ ſuſcipit hõres virtutis. fo.xxxvi.
& ẽt co.i
ypocriſis trib⁹ mõis cõmittiſ.fo.lxxxviii.co.i

G Finis.

Queſtiones additæ in Librū de Fortitudine Magiſtri Martini de magiſtris per Dauidem cranſton ſcotum in theologia bacchalarium.



Venundantur parrhiſius a Ioanne granion eiuſdē ciuitatis bibliopola: in Clauſtro brunelli: prope ſcolas decretorum: ſub ſigno ſacratiſſimę dei genitricis Marię.

SI viros noſtrę tempeſtatis illuſtres qui in ſacris aut ſcripſerunt aut aliquid ediderunt litteris liber ille de ſcriptoribus eccleſiaſticis inſignis cõmemorat qua i cura aut potius iniuria poſteritati tuũ nomẽ cõmendare pepcerit non ſatis demiror moraliſſime martine pariter & doctiſſime. dignus eñ es cuius memoria eternitati donetur qui nõ modicis lucubrationibꝰ ſed maximis vigiliis pręcipuas moralis philoſophie partes (q̃ de cardinalibus virtutibus tractant) tuis libris argutiſſime inſeruiſti quaꝝ primã ptẽ (q̃ de fortitudine agit) cũ fortiſſimis hoſtibus manus cõſerendo (eoſdẽq; modo laceis nũc enſibꝰ necnõ pugionibus argumẽtoſis vincẽdo) fortiſſime es aggreſſus & illos cũ ꝓpriis armis diffideres tuis telis ſubiugare conabaris adeoq; viciſti vt de chariſſimis nõ ſit q velle reis adeſſe auxilio qbus tandẽ ſemiuiuis relictis victoriã adeptus diceris. & aſſecutus. nõ minus paſſiones tẽperãtiã nitentes opprimere ſubieciſti cõculcaſti materiãq; illã tã fructuoſam tũ ſtatui eccleſiaſticali accõmodatiſſimã cũ eiſdẽ viris certamẽ cõtinuãs nõ minꝰ clare q̃ ſubtiliter terminaſti & nõ modicũ vtilitatis feruentibus ſtudioſorum in theologia aĩs indicaris (nec imerito) attuliſſe Hãc ob rem te ſcriptoꝝ eccleſiaſticoꝝ numero cenſeo aſcribendũ deniq; tuã moralẽ ac p̄clarã vitã cũ opuſculis editis. prout a fide dignis accepero ſtilo ferme eodem vtens quo & ille eccleſiaſticoꝝ deſcriptor vſus eſt paucis plurima cõplectẽs recenſebo.

¶Martinus natione gallus turonẽſis diue barbare gimnaſii primariꝰ eiuſdẽq; ãpliator magnificus in vtraq; philoſophia nõ mediocriter doctus ſacrarũ litterarũ parrhiſienſis eruditiſſimus ꝓfeſſor ſubtilis ingenio ſermone ſcolaſticus alioꝝq; impugnator acerrimus pręclara ſcripſit volumina e quibus ſubiecta feruntur.

De fortitudine	librum vnum.
De temperantia	librum vnum.
De conſequentiis	librum vnum
De prędicabilibus	librum vnum.

¶Alia inſup nõnulla edidit de iuſticia (vt fertur) librũ vnũ ſup fundamẽta mõtiũ lectiões ꝑ vtiles ſed hec ad noſtrã noticiã nõ ꝑuenerũt claruit tpe chriſtianiſſimi regis gallorũ. Ludouici vndecimi cuius & cõfeſſor fuit ſub quo & diẽ clauſit extremũ. Poſtremo cleriaci ad diue virginis edem in pace ſepultus eſt eo in loco quo & Ludouicus ipſe quieſcit vt q viuus regio lateri adherebat mortuus ſeiungeretur minime.

Utrum fortitudo cõmunis ſit virtus cardinalis. Arguitur primo ꝙ non. Nature communes dormierunt cum Iohanne hus & iheronimo pragenſe in conſilio conſtanciensi ſuos aſſertores pertinaces condempnantes ſed fortitudo communis (ſi qua foret) eſſet natura communis quia certum eſt ꝙ ly fortitudo communis non eſt virtus cardinalis: ſicut nec terminꝰ aliquis: Igitur fortitudo communis non eſt virtus cardinalis.

¶ In oppoſitum: Eſt communis Philoſophorum Theologorum: & Doctorum eccleſiæ ſententia philoſophorum ſuper ethicorum tertio tractatu ſecundo theologorum diſtinctione trigeſima .iii. tertii ſententiarum Doctorum eccleſiæ.

¶ Nam gregorius zz moralium ambroſius ſupra lucam & auguſtinus libro de moribꝰ eccleſie vno ore fortitudinẽ inter virtutes cardinales enumerant. Sed doctores locis prçallegatis non capiũt fortitudinem pro fortitudine bellica tantum aut pro quolibet habitu particulari fortitudinis ſiue bellice ſiue magnanimitatis. Nec pro collectione omnium aut multorum habituum ꝑticularium fortitudinis vt inferius patebit ex concluſionibus. Relinquitur ergo ꝙ fortitudo a doctoribꝰ capitur pro habitu cõmuni fortitudinis Pro reſponſione ad queſtionem ſuppoſitis acceptionibus huius nominis fortitudo: ex prima queſtiõe huius libri pariter & huius termini virtus dicendum eſt pro declaratione tituli queſtionis quare aliqua virtus vocatur cõmunis ſeu generalis quod idem eſt & hoc pro primo notabili & quare aliqua virtus vocatur cardinalis ſeu principalis ꝓ ſecũdo notabili Primum declaratur per aliquas propoſitiones (quod dico de vna virtute cardinali Intellige de aliis dictum) Prima propoſitio fortitudo non ideo dicitur communis quia eſt natura communis diſticta formaliter a qualibet fortitudine particulari & cũ qualibet earum idemptificata realiter hanc rationem ſuadet argumentum ante oppoſitum.

¶ Secũda propoſitio fortitudo non ideo dicitur communis quia eſt nata predicari de pluribꝰ ſub ea contentis quia quelibet fortitudo eſt actus vel habitus voluntatis & certum eſt ꝙ quelibet talis ab omni termino diſtinguitur igitur. Tertia ꝓpoſitio fortitudo non ideo dicitur communis quia immediate inclinat in actus ſpecie differentes pariter habitus immediate ſolum inclinat ad ſimiles actus hiis ex quibus genitus eſt ſed ex nullis actibus ſpecie differẽtibus procreatur habitus vt practicatur ſecunda ethicorum igitur.

¶ Quarta propoſitio fortitudo ideo dicitur communis ſeu generalis quia generaliter circa materiam fortitudinis verſatur & ſub diſiunctione ad ſuos actus formaliter vel virtualiter ſiue de actu ſiue de habitu loquamur vt volitio qua fortes vult fortiter facere aggrediendo vel expectando & habitus ex ſimilibus actibus genitus.

¶ Correlarie ſequitur ꝙ actus fortitudinis ideo dicitur ſpecialis quia ſpecialiter circa materiam & actus fortitudinis verſatur vt pote circa aliquã partem materie generalis vel circa determinatũ actũ eiꝰ vt hec volitio volo fortiter agere aggrediẽdo fortitudo ſpecialis dicitur. ¶ Sequitur ſecundo ꝙ ideo fortitudo dicitur generaliſſima quia circa adequatam materiam fortitudinis ſub diſiunctione ſuorum actuum imperatiue formaliter vel virtualiter ſecundum omnem combinationem vel euentum verſatur vt actus quo volo fortiter agere expectando aggrediendo fugiendo vel cunctando vel fugiendo & cunctando &c. qui formaliter ſic iperat ſicut actus iſte virtualiter: volo fortiter facere Et ideo propter breuiloquium vtar iſto actu volo fortiter facere in ſequẽtibus ex quo & ſimilibus actibus generatur habitus generaliſſimus fortitudinis qui vocatur a doctoribus fortitudo ſimplex non conſtituens aliquem gradum ſpecialem virtutis.

¶ Pro declaratione ſecundi dicti etiam ponũtur alique propoſitiones pro ſecundo notabili.

¶ Prima propoſitio eſt virtus non ideo dicitur cardinalis quia principaliter ſibi vendicat aliquã illarum conditionum que pertinent ad rationem virtutis in communi ſcilicet ꝙ ex certa ſcientia & electione vel propter finem aut quia firmiter & immobiliter fit Hanc propoſitionem relinquo probatam a doctore inde fortitudine & temperantia Queſtionibus ſecundis contra thomam.

¶ Secunda propoſitio virtus non ideo dicitur cardinalis quia habens eam eſt ſimpliciter bonus & oppoſitum habens eſt ſimpliciter malus: hec ꝓpoſitio ſimiliter probata eſt contra buridanum a doctore locis preallegatis.

¶ Tertia propoſitio virtus non dicitur cardinalis ſecundum proprietatem ſermonis ſed methaphorice ſeu ſimilitudinarie ad cardines hoſtii vel ad cetum cardinalium & maxime ab vltima comparatione denominationem accipio licet forte contra vocabula ceperunt ſuas denominationes eo ꝙ virtutes prius cardinales dicte ſunt q̃ cetus cardinalium denominationem ſibi vendicarit ſed ſicut in eccleſia dei vnum ponimus pontificem ſummum cui aſſiſtunt cardinales in directione grauium & arduarum cauſarum eas expediendo ſic in regimine mentis vnam ſummam &

generaliſſimam virtutem exiſtimo ponendam cui aſſiſtunt virtutes cardinales in ſuis materijs pro-prijs generaliſſime ſummum pontificem in virtutibus iuuantes in inclinationem aliarum virtutū quia inquantum virtus eſt generalior intantum in plures inclinat virtutes ſpeciales.

Quarta propoſitio: Virtutes non ideo dicun-tur cardinales: quia ſunt potiores id eſt perfectio-res in regimine mentis: nec quia inclinant imme-diate: nec quia limitant: ſic actus omnium aliarū virtutum: ꝙ ſi propter aliquam circumſtantiā oc-currentem oportet dimittere actum virtutis cardi nalis: vel alterius potius eſſet dimittendus actus alterius virtutis q̃ actus virtutis cardinalis: licet hęc concluſio videatur contra doctorem & ex cō-ſequente contra Guillermum Pariſienſem quem inſequitur in libro de virtutibus & vitijs tractatu decimo ſeptimo ſuadetur tamen quo ad ſingulas partes. ¶ Prima pars proba-tur: ſiue teneatur cum doctore in de temperantia queſtione ſecunda: ꝙ ly virtus cardinalis eſt terminus collectiuus ſupponens pro collectione habituum ſiue teneatur cum doctore in de forti-tudine queſtione ſecunda: quod ly virtus cardina lis. eſt terminus diuiſiuus pro quolibet habitu for titudinis ſupponens.

¶ *Si* enim dicatur primum: tunc vel ta-lis eſt collectio omnium habituum fortitudinis poſſibilium: vel collectio aliquorum: & aliquorū non non primum: dabilis quia non eſt collectio omnium poſſibilium vt ſuppono: nec ſecun-dum eſt dicendum quia quacumqꝫ collectione vir tutum circa materiam fortitudinis data: dabilis ē aliqua collectio perfectior: puta illi adiungendo a lias virtutes circa eandam materiam poſtq̃ prima collectio nō eſt maxia poſſibilis: Etiam nulli col-lectioni tali conueniunt duæ aliæ conditiones ſci licet inclinare: & limitare actus aliarum virtutum vt poſtea patebit.

¶ Si ſecundum: contra non quilibet habitus fortitudinis eſt ęque perfectus eſſentialiter vel in eſſe virtutis ſicut dilectio dei ſuper omna pro tem pore ꝑ quo quis non tenetur diligere deū: & tamē talis dilectio non eſt virtus cardinalis: vt ſupponi tur. Maior patet: Quia in infinitum perfectius obiectum habet q̃ actus fortitudinis: vel habitus eius.

¶ Item multi actus fortudinis ſolum refe-runtur ad defenſionem reipublicæ: & actus libe-ralitatis affabilitatis vel veritatis referuntur in deum ergo priores actus non erunt perfectiores actibus ſecundis & tamē talis relatio in finem nō variat virtutem cardinalem in non cardina-lem.

¶ *Secunda* pars concluſionis probatur quia habitus ſolum inclinat immediate in actus ſimi-les his exquibus eſt genitus maxime habitus ac-quiſitus vt patet ex precedenti notabili ſed cer-tum eſt ꝙ actus ille qui cardinalis dicitur non eſt acquiſitus ex actibus omnium aliarum virtutum igitur.

¶ Item ſi immediate inclinaret in actus alia-rum virtutum ſicut in actus ſuos adequatos eque naturaliter & prompre exiret in actus cuiuſcunqꝫ virtutis ſicut in actus ſibi proprios quod eſt con-tra experientiam quia arguitiue morales philoſ ſolum cognoſcunt habitus nobis ineſſe propter promptitudinem quam habemus poſt frequenta tos actus potius q̃ ante.

¶ Tertia pars concluſionis ſic ſuadetur quia ſi virtus cardinalis ſic limitaret actus virtutū etiā non cardinalium ad ſenſum tactum in concluſio-ne: ſicut pręrendit doctor: ſequereturꝙ redeūdū eſſet ad opinionem Buridani quā ibi impugnat ſcilicet ꝙ actus aliarum virtutum non cardinali-um ſunt ſolum ad decorem & vitia oppoſita ſunt malitiæ ſecundum quid ſcilicet peccata venialia: & actus virtutum cardinalium: redderent homi-nes ſimpliciter bonos: & maliciæ oppoſitæ eſſent maliciæ ſimpliciter puta peccata mortalia:

¶ Cuius oppoſitum dicit Doctor *contra Buri-danum* concluſione ſecunda prędictæ queſtionis Probatur tamen ſequella quia ſi propter aliquam circunſtantiam occurrentem oporteret dimittere actus alterius virtutis & exequi actum virtutis car dinalis hoc eſſet propterea quia minus malum eſ ſet contrauenire actui alterius virtutis q̃ actui vir tutis cardinalis & ſi ſic hoc eſt quod buridanus vult dicere ꝙ actus oppoſitus virtuti non cardina li habet ſolum maliciam venialem vel potius nul lam maliciam quia tales virtutes ſunt de conſilio tantum vt claret ex deductione buridani queſtio ne decimanona tercii ethicorum.

¶ Et confirmatur probatio huius concluſionis retorquendo argumenta doctoris contra Burida num in factorem ſequitur bene: aliquis actus op poſitus magnanimitati eſt peccatum veniale tan tum vt probat Doctor primo argumento contra Buridanum adducendo ſententiam ariſtotelis quarto ethicorum ꝙ aliquis amor exceſſiuus pe-cuniarum ſecluſa iniuſticia ad alterum eſt pec-catum mortale & tamen talis amor eſt oppoſitus liberalitati tantum tunc ſic: ſi virtus cardinalis li mitaret actus alterius virtutis ad ſenſum datum in concluſione: ſequeretur ſi ꝓpter aliquam cir-cunſtantiam vel oporteret contrauenire magna-nimitati prout opponitur ei peccatum veniale vel oporteret contrauenire illi liberalitati cui eſt op-

poſitū peccatum mortale ſecundum Doctorē potius oporteret contrauenire liberalitati faciendo peccatum mortale q̄ magnanimitati faciēdo illud quod alias eſſet peccatum veniale quod non eſt dicendum.

¶Quinta propoſitio: Virtus ideo dicitur cardinalis: quia generaliter inclinat in actus aliarum virtutum eos producendo quādo recta ratio dictat: & eorum corruptioni reſiſtēdo: quos naturaliter conſeruat: & limitat. Probatur: qa aliqua ratione virtutes dicūtur cardinales ſeu principales: & non propter generales conditiones virtutum: vt dicit prima propoſitio ſecundi notabilis: nec quia per eas: habens dicitur ſimpliciter bonus vt dicit ſecunda propoſitio: nec dicuntur cardinales a proprietate rerum: vt dicit tertia: nec dicuntur cadinales: quia ſunt potiores id eſt perfectiores: nec quia inclinant immediate: nec quia limitāt actus aliarum virtutum ad ſenſum prius declaratum. Relinquitur ergo q̄ dicuntur cardinales: propter generalem inclinationem mediatam: & productionem actuum aliarum virtutum & maxime virtutum eiuſdem generis: ad quorum actus regulariter & prompte inclinant ratione recta dictante de aliqua circumſtantia particulari: ſed in actus aliarum virtutum non ſic regulariter inclinant: ſed duabus tantum de cauſis quantum poſſum ex dictis doctorum excerpere: vt patebit in reſponſione ad argumenta. Iſtis premiſſis ponuntur concluſiones pro reſponſione ad titulum queſtionis.

¶Prima concluſio: Nulla collectio habituum fortitudinis eſt virtus cardinalis: cuius oppoſitum intendit doctor in ſecunda queſtione in de temperantia in ſolutione. ad primum argumentum:

¶Probatur cōcluſio. qa nulla talis collectio ē virtus poſtq̄ non eſt hītus: ergo nō ē virt⁹ cardinalis negatiue a ſuperiore ad inferi⁹. Nec valet dicere q̄ ly cardinalis facit terminū capi collectiue cui adiūgitur qa ly cardialis vt attribuitur homini habenti dignitatem non collectiue accipitur: nec facit terminum cui additur collectiue capi.

¶Item ſi ſic ly communis debet facere ly homo capi collectiue quia eſt maior apparentia: & ſic iſta eſſet vera: ſortes & plato ſunt homo communis.

¶Item licet ly virtus cardinalis eſſet terminus collectiuus tamen ly fortitudo non capitur collectiue: & ſic iſta eſt vera nulla fortitudo eſt virtus cardinalis.

¶Confirmatur ratio: quia fortitudo belli-ca & magnanimitas non eſſent partes ſubiectiue fortitudinis: vt eſt virtus cardinalis ſed eſſent partes integrales tantum vt conſtat intelligenti. Sed conſequens eſt contra doctorem ſ de fortitudine per totum vbi melius videtur ſentire q̄ queſtione ſecunda i de temperantia vbi dicit q̄ temperantia eſt virtus cadinalis tamen nec quelibet temperantia eſt virtus cardinalis. nec aliqua ſic & aliqua non quod impli cat terminis yniuoce captis: quia ſeqtur bene temperantia eſt virtus cardinalis: ergo aliqua aliqua temperantia eſt virtus cardinalis ab equiualentibus.

¶Item ex altera parte ſequitur: non quelibet temperantia eſt virtus cardinalis: ergo aliqua temperantia non eſt virt⁹ cardinalis per primam regulam equipolentiarum & ſic ſemper eſt danda aliqua temperantia quæ eſt virtus cardinalis: & aliqua quæ non eſt virtus cardinalis: vel male concedit q̄ temperantia ē virtus cardinalis & non quælibet.

¶Secunda concluſio. Non quælibet fortitudo eſt virtus cardinalis: cuius oppoſitum cōcedit Martinus ſecunda queſtione de fortitudine in ſolutone ad primum contra quartam concluſionem. ¶Probatur concluſio: quia nō cuilibet habitui fortitudinis conueniunt illæ tres conditiones quas tangit Martinus in concluſione tertia eiuſdē queſtionis: ſcilicet q̄ ſit potior in regimine mentis: q̄ inclinet & limitet actus omnium aliarū virtutum: multi ſunt habitus magnanimitatis quibus non conueniunt illæ conditiones potius q̄ habitibus liberatatis: vt ipſemet concedit in ſolutione ad tertium contra tertiam cōcluſionem: ſaltem de illa conditione quod eſt inclinare in actus aliarum virtutum: & eadem eſt ratio de aliis conditionibus duabus: vt patet ex probationibus poſitis in quarta propoſitione ſecundi notabil'

¶Tertia cōcluſio. Fortitudo cōmunis ymmo cōmuniſſima eſt virt⁹ cardinalis vna de quatuor enūeratis a Philoſophis moralib⁹ & Doctoribus allegatis in oppoſitū queſtiōis. probatur concluſio nulla collectio habituum fortitudinis eſt virtus cardinalis: vt dicit prima concluſio: nec quilibet habitus fortitudinis eſt virtus cardinalis: vt dicit ſecūda: ergo aliqua ſic & aliqua non & non eſt aliqua dabilis cui conueniunt conditiones præ nominatæ niſi fortitudo communiſſima ex generaliſſimis actibus fortitudinis genita: quæ ideo dicitur potior in regimine mentis propter principatum quē habet in productione aliarum virtutum: & in earum conſeruatione & protectione & ſic ly & de aliis.

bet capi expoſitiue ſic ꝙ duę ſecundę cōdictio
nes ex ponunt illud quod importatur per pri=
mam: quia dicitur potior: propter iclinationē
& limitationem actus aliarum virtutum: &c.
Et ſic patet ꝙ nomina bene conſonant rebus i
comparetione ſimilitudinis vltimæ ad cœtum
cardinalium: quia ſicut cardinales aſſiſtūt ſū=
mo pontifici in deciſione cauſarum particula
rium ſuppoſitorum eccleſiæ: ſic virtutes cardi
nales aſſiſtunt virtuti generaliſſimę & potiſſimę
in regimine mentis inclinantes in actus parti=
cularium virtutum. ❡ Secūdo probatur: quia
in materia fortitudinis habitus genitus ex tali
bus actibus volo fortiter facere aggrediendo
expectādo fugiēdo vel cūctādo inexiſtens volū
tati recta ratiōe dictante rōne alicuius circūſtā
tiæ particularis ꝙ fortiter eſt aggrediendum
prompte inclinat mediante actu elicito in for=
tem aggreſſum & idem actus generalis dictan
te retione recta ratione alterius circunſtantiæ
occurrentis q· fortiter eſt faciendum expectan
do inclinat in fortem expectationem: ſic exē=
plificare potes de cunctatione: & fuga. Idem ē
ſi habens habitum generalem fortitudinis tē
tetur per pecunias vel blanditias iclinabit for
titudo generalis in actum fortitudinis conti=
nentiæ gradus. Et ſi tētetur per minas verbe=
rum inclinabit in actū perſeuerātiæ: & ſi tētet
per minas mortis aliter q̄ in bello in quo faciē=
dum eſt fortiter inclinabit in actum fortitudi=
nis heroici gradus etiam intellexi de verberi=
bus extra tale bellum. ❡ Et ſic patet ꝙ fortitu
do generaliſſima eſt illa de qua dicunt docto=
res ꝙ eſt fortitudo ſimplex nō contracta ad ali
quem gradum ſpecialem virtutis. Sed quomo
do hoc debeat intelligi patebit ex ſolutiōibus
argumentorū. ❡ Scđo ſequitur q̄admodū do
ctores dicunt ꝙ duntaxat ſunt quatuor virtu=
tes cardinales ſic non ſunt niſi quattuor habi=
tꝰ circa quattuor adęquatas materias illarum
virtutum intelligo non coincidentes ſpecie ſci
licet fortitudo generaliſſima: temperantia ge=
neraliſſima: ſic de iuſtitia & prudentia ſentias
vt paucis abſoluamus.

❡ Contra tertiam concluſionem. Arguitur
Si fortitudo generaliſſima debeat vocari virtꝰ
cardinalis propter generalem inclinationem
& limitationem omnium actuum i materia for
titudinis: ſequeretur ꝙ eſſet dabilis aliqua vir
tus que debet vocari papalis propter generalē
Inclinationem quam habet in actus omnium
virtutum moralium circa quamcunq; materiā
ſed conſequens eſt falſum & contra modum
loquendi doctorum moralium falſitas conſe=
quentis patet quia illa virtus papalis ſe habe=
ret tanq̄ genus genaraliſſimum in coordina=
tione virtutum ſub quo ſtatim collocarentur
quattuor virtutes cardinales ſub quibus par=
tes ſubiectiue earum & rurſus partes ſubiecti
ue illarum partium vſq; ad ſpecialiſſimas vir=
tutes illius coordinationis ſed hoc non eſt di
cendum quia nulla virtus cardinalis eſt virtus
papalis: nec pars ſubiectiua virtutis cardina=
lis eſſet virtus cardinalis quod tamen requiri
tur in coordinatione prędicamentali ſcilicet
ꝙ ſuperiora de inferioribus prędicētur. ❡ Et
confirmatur ſequeretur ꝙ eſſet dabilis aliqua
virtus generalior in inclinando q̄ ſit aliqua vir
tutum cardinalium etiam contenta ſub habi=
tu generaliſſimo virtutum ſequela patet de ha
bitu genito ex talibus actibus volo iuſte vel
fortiter facere vel ex talibus volo iuſte vel tem
peranter agere habitus talis non ſolum incli=
naret in actus temperantie ſed in actus iuſti=
cie etiam regulariter & prompte.

❡ Item ſi eſſet aliquis habitus generaliſſi=
mus virtutum dabilis maxime eſſet habitus
genitus ex talibꝰ actibus volo bene agere ſed
talis habitus non eſſet generaliſſimꝰ virtutū
ymo habitus genitus ex iſtis actibus volo
bene vel male agere eſſet generalior & talis
habitus eſſet ſtudioſus quia diſiunctiua debet
inſequi fortiorem partem & per conſequens
actus latus ſuper bonum vel malum ſub diſ=
iunctione meliorem partem inſequitur.
Secundo ſic tales virtutes generales ſunt cęte
ris virtutibus imꝑfectiores in genere rei & in=
eſſe virtutis: ergo non debent dici cardinales ꝑ
excellentiam: conſequentia eſt apparens: pro=
batur antecedens: quia noticia inquantum eſt
generalior intantum imperfectior: ergo idem
eſt de actibus voluntatis alias fruitio dei clara
in patria vel eius dilectio non eſſet perfectior
ſúa fruitione vel dilectione in via nec magis
quietaret fruitio beatifica voluntatem q̄ frui
tio generalis omnium ſpirituum quod tamen
eſt falſum.
Confirmatur. Superuacanei eſſent tales habi
tus generales: ergo non ſunt ponēdi: tenet cō=
ſequentia: probatur antecedens quia nō eſſēt
formaliter imperatiui executionis vt habitus
generaliſſimus fortitudinis non ſufficit moue
re membra per actum ſuum ad aggrediendū
nec ſimiliter ad expectandum vel fugiendum
dictante recta ratioone de aliquo illorum quia
actus ille fortitudinis generaliſſimus eſt velle
quo quis equaliter vult aggredi vel expactare
fugere vel cunctari ſed ſi fortes velle et equali=

ter alterum iſtorum ſcilicet currere vel ſedere non propter hoc potius mouerentur membra ad currendum q̄ ad ſedendum ergo idem eſt in propoſito poſtq̄ aggredi & expectare ſunt incompoſſibiles ſicut ſedere & ſtare non magis per illud velle mouebuntur membra ad vnum q̄ ad reliquum. ¶ Tertio ſic omnis virtus moralis debet eſſe extremorum vitiorum media ſed fortitudo generaliſſima non eſt extremorum vitiorum media quia maxime eſſet media inter timorem & audaciam & hoc non quia virtutes generaliſſime debent habere extrema generaliſſima ſicut virtutes ſpeciales extrema ſpecialia ſed timor non eſt extremum generaliſſimum in materia fortitudinis ymo timor vel vecordia eſt extremum generalius & ſimiliter audacia non eſt generaliſſimum in illa materia quia generalius eſt audacia vel intimiditas Nec valet dicere ꝙ hec duo diſiuncta audacia vel intimiditas timor vel vecordia ſunt extrema fortitudinis generaliſſime quia ſi ſic ſequeretur ꝙ eſſet dabile vitium generaliſſimum ſicut data eſt virtus generaliſſima qđ non eſt dicendum quia tunc vel tale vitium eſſet malum in ſuperhabundando & ſic non comprehenderet mala in deficiendo vel eſſet malum in deficiendo: & ſic non comprehēderet vitia in ſuperhabundando. ¶ Confirmatur: ſequeretur ꝙ eſſent aliqua vitia dicenda cardinalia & plura q̄ virtutes cardinales ſequella patet: quia generalia vitia tantum inclinant & limitant actus particularium vitiorum ſicut virtutes generales limitant actus virtutum particularium & cuilibet virtuti generali duo extrema generalia opponuntur: igitur.

¶ Quarto ſic. Vel virtus cardinalis inclinaret in actus omnium aliarum virtutum immediate & hoc non vt patuit ex primo notabili vel mediate id eſt mediante ſuo actu adequato elicito: & hoc non quia tunc talis actus elicitus ſubito actus omnium aliarum virtutum produceret ymo infinitos actus ſimul vel dabis rationem potius de aliquibus q̄ de aliis & quare potius vno tempore q̄ alio: forte dicis in latitudine materie virtutis cardinalis multe cadūt virtutes particulares ratione circunſtantiarū occurrentium & in actus illarum virtutum virtus cardinalis inclinat regulariter & prompte mediāte ſuo actu propter participationem materie Contra ad minus habetur ꝙ virtus cardinalis non regularius inclinat in actus aliarum virtutum non participantium in materia q̄ virtus non cardinalis. ¶ Et confirmatur ratio actus elicitus virtutis cardinalis eſt agens naturale & intellectus eſt paſſum bene diſpoſitum vt ſuppono ad ſuſcipiendū actū cuiuſcunq̧ alterius virtutis ergo cum primū talis actus virtutis cardinalis eſt in intellectu bene diſpoſito productus tam cito cuiuſcunq̧ alterius virtutis actum producit quia non eſt maior ratio ꝙ vni⁹ virtutis actum producat q̄ alterius nec valet dicere ꝙ non eſt cauſa ſufficiens actus alterius virtutis ſed requiritur dictamē prudentiale particulare alterius virtutis Ex hoc ſequitur ꝙ ſi in intelectu ad imaginationem eſſent infinita particularia dictamina aliarum virtutum cum primum in illa voluntate produceretur actus adequatus virtutis cardinalis tam cito infiniti actus aliarum virtutū particularium naturaliter produducerētur qđ non eſt dicendum vt conſtat: igitur.

¶ Quinto ſic. Tertia cōcluſio nō innititur auctoritati nec rationi & ſimpliciter omi ꝓbabilitate caret: ergo non eſt tenenda: conſequentia ē apparens & patet antecedens quia dentur doctores vel rationes apparētes. ¶ Et cōfirmatur ñ eſt dabilis aliqua virtus ſpecialiſſima circa materiam fortitudinis: Ergo neq̧ aliqua virt⁹ generaliſſima. Conſequentia tenet ex terminis ꝓbatur añs: des vnam virtutem ſpecialiſſimam circa materiam fortitudinis.

¶ Sexto ſic. generaliſſimus habitus virtutum non inclinat ad actus prudentie poſtq̄ prudentia eſt habitus intellectualis & datus habitus generaliſſimus eſt habitus voluntatis modo habitus voluntatis non inclinat in actus intellectus nec contra poſtq̄ ſpectant ad diuerſas potentias ¶ Et confirmatur bñ ſequitur eſt dabilis generaliſſimus bonus habitus voluntatis ergo eſt dabilis generaliſſimus habitus bonus intellectus intelligo ſemper generalitate inclinationis ſed non eſt poſſibile dare generaliſſimum habitum intellectus generalitate inclinatiōis ergo nec erit dabilis gñaliſſimus habitus volūtatis in ordine ad talē inclinationē.

¶ Septimo ſic. habitus ſpecialis nō ſoluum inclinat in actus ei adequatos ſed in generales actus inadequatos ab eis ſpecie differentes ergo habitus gñales nō ſolum inclinant i act⁹ eis adeq̄tos imediate ſed ēt iclinant i act⁹ eis ī adeq̄tos adeq̄tos tñ reſpectu alioꝝ hituū particulariū: tenet cōſequētia q avīcē ē eadē rō vtrobi ꝙ ꝓbat añs pri o auctoritate doctoris i ſolutione argumēti cōtra q̄ntā cōcluſionē prie q̄ſtiōis & ad hoc vī eē rō q habitus ſpecialis ſp includit actū hit⁹ gñal' ergo ñ pōt icliari i actū ei adequatum quin inclinet in actum generalē ¶ Confirmatur vel illa virtus generaliſſima verſatur

ſolum circa pericula mortis in bello & hoc nõ quia tunc non haberet generaliſſimã materiã neq; hoc modo accipiunt doctores fortitudinem in ratione virtutis cardinalis vt ſatis deducit doctor contra buridanum queſtione ſecunda huius vel verſatur circa arduum ſiue iſtud ſit periculum mortis in bello ſiue ſit aliqua periculoſa adminiſtratio & grauis vt per hoc diſtinguat a temperantia cardinali:& hoc non quia alia eſt ratio magnanimitatis & alia fortitudinis bellice per conſequens fortitudo communis non verſatur circa vtramq; materiam.

¶Item non videtur martinus recte poſuiſſe illam diſtinctionem inter fortitudinem & temperantiam prima queſtione de temperantia quia ſic nullam daret virtutem non contentam ſub altera illarum poſtq̃ facit diſtinctionẽ per contradictoria.

¶Octauo arguitur ſic habitus genitus ex talibus actibus volo temperanter iuſte & fortiter agere eſt generaliſſimus in inclinando ergo concluſio non recte ſapit de habitibus generaliſſimis conſequentia eſt apparens probatur antecedens quia actus ille generaliter copulatiue latus ſuper materias diuerſarum virtutum imperatiue formaliter & ſimul inclinat in actus particulares multarum virtutum:& actus diſiunctiue latus ſuper eaſdem materias non imperatiue formaliter & ſimul inclinat.ergo talis actus virtualiter copulatiuus eſt vniuerſalior & perfectior in inclinando q̃ alter actus latus diſiunctiue ſuper eandem materiam.

¶Et confirmatur actus quo fortes vult fortiter facere ſi fortiter faciendum eſt adeo generaliter inclinat in actus cuiuſcunq; virtutis ſicut actus latus diſiunctiue ſuper talem materiam igitur concluſio male vocat ſolum actus latos diſiunctiue formaliter vel virtualiter actus generaliſſimos fortitudinis.

¶Ad argumenta reſpõdetur ad primum conceditur conſequentia cum conſequente & nego falſitatem conſequentis nec modus loquendi eſt contra doctrinam philoſophorum moralium ſed pręter eorum ſententiam & ad nomen: ſatis eſt pro tali denominatione habenda dare rationem ſimilitudinis quia ſicut fortitudo vel iuſticia habet nomen dignitatis cardinalatus propter promptam & regularem inclinationem quam habet in actua particularium virtutum circa materiam fortitudinis vel iuſticie ſic habitus genitus ab iſtis actibus generaliſſimis volo bene agere generaliſſime inclinat in actus omnium virtutum prompte & regulariter circa quamcunq; materiam virtutis. Ad probationem falſitatis conſequentis diſtingo q̃ talis virtus cardinalis eſſet tanq̃ genus generaliſſimum in coordinatione virtutum vel ſecundum naturam predicationis & ſic nego quia modus pręd icandi ſolis termi nis attribuitur vel ſecundum naturam inclinationis in actua aliarum virtutum & ſic concedo quia talis habitus generaliſſime inclinat indifferenter circa materias omnium virtutum mediante actu ſuo elicito & dictamine prudẽtiali particularis virtutis Et vlterius concedo q̃ ſub illo habitu ſtatuuntur virtutes cardinales generaliter & regulariter inclinantes in actus circa materiam propriam & ſub illis alij habitus ponuntur ſpecialiores quoad inclinationem vt habitus genitus ex adequatis actibus fortitudinis bellice vel habitus genitus ex adequatis actibus magnanimitatis & ſic vlterius procedendo vſq; ad ſpecialiſſima ſecundum inclinationem. nolo tamen dicere q̃ iſti termini fortitudo bellica magnanimitas ſint partes ſubiectiue ad iſtum terminum fortitudo cardinalis:ſed potius iſtius termini fortitudo vt generaliter ſignificat omnem habitum moderantem paſſiones arduas ſub quo etiam ly fortitudo cardinalis continetur tanq̃ pars ſubiectiua ab aliis condiſtincta. ¶Ex hoc patet quid ſit dicendum de veritate iſtarum propoſitionum nulla virtus cardinalis eſt papalis nulla pars ſubiectiua virtutis cardinalis eſt virtus cardinalis ſunt ambe vere & diſtingo q̃ requiratur ſuperiora de inferioribus vere predicari vel ſuperiora in pręd icando & ſic concedi tur vel ſuperiora in inclinando & ſic negatur modo non intendo loqui de coordinatiõe virtutum ſecundum naturam pręd icationis ſed ſecundum naturam inclinationis.

¶Ad confirmationem tranſeat conſequentia tum conſequente nolo dicere quin ſit dabilis aliquis habitus ſub habitu generaliſſimo qui eſt generalior ſecundum naturam inclinationis q̃ aliqua virtutum cardinalium ſed ſatis eſt mihi q̃ quelibet virtutum cardinalium eſt habitus multum generalis quoad inclinationem ymo generaliſſimus in ſua materia ratione cuius denominationem accipiunt Et habitibus generalioribus poſſunt nomina dignitatum patriarcharum & legatorum imponi ſed tranſeo.

¶Ad aliud conceditur maior: & negatur minor: Ad probationem dato ꝙ habitus genitus ex illis actibus eſſet generalior inclinatiuꝫ non ſequitur quin alter habitus ſit generaliſſimus in coordinatione virtutum quare nego hunc actum eſſe ſtudioſum volo bene vel male agere quia voluntas per illum actum non conformat ſe dictamini recto: nec actum elicit quia circa bonū verſatur ſed quia indifferenter circa bonum vel malum forte tamen non caret probabilitate dicere illum actum eſſe bonum propter argumentum: placet mihi oppoſitiuum.

¶Ad ſecundum nego conſequentiam quia virtutes non dicuntur cardinales propter excellentiam quam habent ineſſe rei nec quia eorum: actus ſunt perfectiores actibus aliarum virtutum particularium ſiue perfectio capiatur ex difficultate operis ſiue capiatur ex perfectione obiecti ſiue a pluritate circunſtantiarum informantium actum quia omnibus his modis actus inq̄tum ſpecialior tanto perfectior ſed dicuntur cardinales propter excellentiam inclinationis regularis qua habent in ordine ad actus omnium aliarum virtutum & propter protectionem & conſeruationem illorum actuum vt patuit ex Secundo notabili.

¶Ad confirmationē cōceditur cōſequētia negatᷓ antecedens ad probationem antecedentis tranſeat ꝙ habitus virtutis cardinalis nō ſit formaliter imperatiuus immediate executionis operis exterioris ſatis eſt ꝙ ſit formaliter elicitiuus ſui actus adequati a quo formaliter imperātur actus imperatiui exequutionis aliarum virtutum non cardinalium exempli gratia ſi ſortes ſolum haberet habitum genitum ex talibus actibus volo fortiter facere vel aggrediēdo vel expectando dictante Recta ratione ꝙ fortiter eſſet aggrediendū habitus ille gn̄alis mediante actu ſuo elicito inclinaret in primum actum fortitudinis particularis aggreſſiue qui eſt formaliter actus exequatiuus ipſius aggreſſus hāc ſolutionem ſatis videtur colorare cōfirmatio adducta quia volitio qua ſortes vult ſedere vel ſtare non magis vnum q̄ reliquum imperat: ſic in propoſito.

¶Contra iſtam ſolutionem replicatur ſi eſſet exercitus hoſtium ante me & haberem iſtam volitionem pręciſe volo aliquem iſtorum occidere ꝑ emiſſionem iſtius ſagitte illa volitio ſufficit mouere membra ad ſagittandum ergo actus generalis non minus eſt formaliter imperatiuus exequutionis q̄ actus ſpecialis reſpondetur quod non eſt ſimile quia iſta volitio eſt particularis reſpectu emiſſionis iſtius ſagitte & propterea ſufficit monere membra ad emittendum ſagittandum. Sed forte replicabis ego ſolum volo emittere ſagittam hoc vel illo modo ſub diſiunctione ergo non ſufficiebat monere membra ad emittendum eo modo quo emiſſa eſt. ¶Et ſimiliter poteſt probari ꝙ volitio qua volo aggredi non ſufficit monere membra quia per illam volitionem ſolum imperatur aggreſſus hoc vel illo modo ſecundum dictamen rationis.

¶Reſpondeo quando emittitur ſagitta hoc modo actus voluntatis non ſolum imperat hoc vel ille modo ſed particulariter imperat emiſſionem hoc modo ratione circunſtantiarum &c.

¶Et dicendum eſt conſequenter ꝙ volitio qua aliquis vult emittere ſagittam hoc modo vel illo modo non ſufficit ad emittendum ſagittam hoc modo. vel illo modo.

¶Et eodem modo dicēdum eſt ꝙ volitio qua quis vult aggredi hoc vel illo modo non eſt ſufficienter imperatiua exequutionis actus exterioris ſed requiritur volitio qua vult aggredi hoc modo.

¶Ad tertium conceditur maior & negatur minor ad probationem minoris nego aſſumptum ſi audacia capiantur vt diſtinguitur contra intimiditatem & timor vt diſtinguitur contra vecordiam etiam dato ꝙ fortitudo bellica eſſet virtus cardinalis vt probabiliter ymaginatur buridanus ſed ſi audacia capiatur generaliter vt comprehendit intimiditatem ſit ꝙ actus eius eſſet ſubire periculum mortis in bello quando recta ratio dictat non eſſe ſubeundum & timor comprehendat ſub ſe vecordiam cuius actus generalis eſſet non ſubire periculum mortis in bello quando recta ratio dictat eſſe ſubeundum quia ſic terminis generaliter captis ſignificarent extrema generalia virtuti cardinali oppoſita ſed quia ſentio cum doctorē extendente fortitudinem in rationē virtutis cardinalis ad magnanimitatem communiora inquirenda ſunt extrema quemadmodum communius eſt medium & poſſumus circunloqui per diſiuncta extremorum fortitudinis bellice & magnanimitatis ita ꝙ diſiunctum ex audacia & caymorte erit extremum in ſuperhabundando extendēdo nomen caymortis prout dicit martinus nomen eſſe extendum queſtione quadrageſima tertia &c. Ad intentionem huius doctoris extremum in ſuperhabundando eſſet ſubire inconſiderate & exceſſiue difficultates arduas ſiue in bello ſiue extra bellum.

¶Et extremum in deficiendo eſſet inconſiderate nō ſubire huiuſmodi arduas difficultates quando recta ratio dictat: tūc ad ꝓbationē q̄ ſeuaqliter

monet contra vtramq; opinionem conſequenter ad dicta noſtra concedo conſequens illatum ſcili=cet q deueniendum eſt ad extrema generaliſſima virtutum q̄admodū probabiliter data eſt virt⁹ ge=neraliſſima cui opponuntur ¶ Et quando queris vel illud vitium generaliſſimum eſt vitiū in ſuphabundādo vel i deficiēdo ſuppōis falſū q̄ a do duo vitia generaliſſima: vnum generaliſſimū in ſuphabundando: & aliud in deficiendo: Et ſic patet q probatio poſita vlterius non procedit.

Sed contra iſtud replicatur: Dato illo vitio gene=raliſſimo in ſuperhabundando: dabile eſt vnum vitium generalius complectens ſuperhabundan tiam & defectum ſimul ſub diſiunctione: & talis habitus eſſet vitioſus: vt notum eſt: Igitur alterū non fuit generaliſſimum.

Et confirmatur Replica. Virtus generaliſſima eſt genita ex talibus actibus volo bene agere: ſed non contingit dare vitium in ſuperhabundando in bene agendo: nec vitium in deficiendo in bona actione; Igitur:

¶ Item concluſio reſponſiua huius queſtionis a liquid imaginatur contra Buridanum i & Marti=tinum: ergo eorum modi dicendi non ſunt citan=di in medium. ¶ Pro ſolutione Argumenti.

Ad replicam: dico duo: Primū eſt. Argumentum ſuadet apparenter: q dabitur vnum vitium gene ralius ſecundum naturam inclinationis q̄ quod=cumq; dabile quod poteſt vocari generaliſſimum in ſuperhabundando. & ex conſequenti generali us generaliſſimo in deficiendo.

¶ Secundo: Dico q ſatis eſt ad propoſitum quod dentur duo vitia generaliſſima ſic q nullum eſt vi tium generalius in illo genere maliciæ: nec opor=tet tantam vnionem regiminis habere in politia ariſtocratica vel thimocratica ſicut in vera politia regali: & ariſtotelica modo coordinatio vitiorum directioni primæ politiæ comparatur vbi ponun=tur plures directoreſq̧ue principales ¶ Sed coordinatio virtutum regali regimini: & ariſtote=licæ politiæ eſt comparanda.

¶ Ad confirmationem: tranſeat maior: & ſimili=ter minor ¶ Dico q vitium in ſuperhabundando non eſt ſuperhabundare in bene agendo: Sed eſt habūdare circa illam materiam circa quam actio eſt bona hoc vel illo modo: Exempli gratia. teme rarie agere circa materiam fortitudinis: temperā tiæ vel iuſtitiæ: id eſt velle latum ſuper illis mate riis. ſub diſiunctione eſt extremū in ſuperhabun=dando: Et velle quo quis non fert ſuper illas ma=terias ſub diſiunctione recta ratione dictāte q ſit ſic volendum eſt extremum in deficiendo.

¶ Ad aliud tactum in replica. Verum eſt quod cō cluſio aliquid intendit contra eorum modum.

Dicendi tamen eſt mihi impertinens ſiue fortitu=do: vt eſt virtus cardinalis ſolum dicatur de forti=tudine bellica: ſiue etiam extendatur ad magna=nimitatem dummodo capiatur ſolum pro habiti bus generaliſſimis circa tales materias adæqua=tas.

¶ Ad confirmationem principalis argumenti. Tranſeat conſequentia cum conſequente: & forte non minor erit conueniens ſimilitudo illorum ad cetum cardinalium q̄ ſit comparatio virtutum car dinalibus: quia ſic viciſſitudines rerum fiūt q lu minaria magna prędeceſſorum in corpora opaca ſuccedentium conuertantur: vel ſi non placet vi=tia maioribus in eccleſia dei comparare Oloferni & Nabuſardo fiat illorum comparatio ſatis eſt q aliqua demus vitia generalia quæ pricipantur pri cipatione inclinationis in ordine ad alia vitia: ſi=cut virtutes gn̄ales in ordine ad virtutes ſpeciales

¶ Ad quartum cum ſua confirmatione ſi=mul reſpondetur: quia ferme eandem petunt dif ficultatem: Reſponſum eſt arguendo in quarto ar gumento vſq; ad vltimam replicam: quæ quęrit Vtrum virtus cardinalis regularius inclinet in a=ctus virtutum non participantium in materia q̄ virtus non cardinalis

Et quare potius vno tempore q̄ alio in actus illa⁊ virtutum inclinat.

¶ Ponunt doctores duas cauſas quare vna vir tus inclinat in actus alterius. Prima cauſa eſt: Si i voluntate ſit aliqua virtus: & occurrat vitium na tum impedire actum illius virtutis in ſua electio=ne: vel conſeruatione: tunc virtus quæ ineſt incli=nat in actum virtutis oppoſitæ illi vitio per ſuum actum elicitum.

¶ Secunda cauſa quando vna virtus eſt nata meliorare: & facilitare actum alterius virtutis: vt habitus circa cultum diuinum inclinat mediam te actu ſuo elicito in actum paupertatis temperā=tiæ: & obedientiæ: Quia illa facilitant actum cul=tus diuini: alias ad hæc non aſtringeret religioſ⁹

¶ Sed quia iſtæ cauſæ non regulariter occur runt: debent intelligi de virtutibus non participā tibus in materia facile eſſet iſtas cauſas impugna re: ſed tranſeo.

¶ Ad confirmationem: etiam reſponſum eſt Arguendo vſq; ad vltimam replicam. Dico q di=ctamina particularia aliarum virtutum cum actu elicito non ſufficiunt ad producendum actum cir circa materiam alterius uirtutis: ſed requiritur li=bertas volūtatis: hoc eſt requiritur eius concurſ⁹ liber in productione actus quia voluntas libere ponit ſuum concurſum circa materiam illius vir=tutis: & nō circa aliā: non ſequit ꝓductio infinita actuū etiam dato q eſſent infinita dictamina. Sed

Forte quæris vnde prouenit q̀ actus vnius virtu
tis poteſt immediate concurrere ad productionē
actus alterius virtutis:& vna virtus non poteſt im
mediate concurrere ad actum alterius virtutis?
Et difficile eſt dare rationem ſatiſfacientem intel
lectui.

¶Ad quintū nego antecedēs ꝑ qualibet ꝑte. Ad
primam omnes auctoritates doctorum potius ap
plicantur huic ſētentiæ q̄ cuicūꝙ alteri vel ſi occur
rat aliqua auctoritas in cōtrarium adducas: & fa=
cile ad eam rñdebitur. Ad ſecundā partē adducta
eſt ratio ſufficiens in probatione concluſionis ter
tię. Tertia pars negatur quia ſatis apparet opinio
nis probabilitas in reſpōſione ad argumēta cōtra
tertiā cōcluſionē. ¶Ad cōfirmationē tranſeat cō=
ſequentia & negat antecedēs dico q̀ habitus geni
tus ex talibus actibus volo iſtum hoſtem aggredi
hoc tempore hoc loco hoc modo quia recta ratio
dictat pro defenſione reip eſt fortitudo ſpecialiſſi
ma :nec hic indiuidua quęrimus quia ſtādum eſt
in ſpecialiſſimis. ¶Ad ſextam negatur antece=
dens: ad probationem dico q̀ actus volunta=
tis bene inclinat in actus intellectus & ecōuer=
ſo & dato q̀ ſint potentiæ diuerſæ tamen mutuo=
ſe iuuant vt facile poteſt practicari de imperio vo
luntatis reſpectu actus fidei & ecōuerſo licet nol
lem concedere imperium voluntatis inclinare ad
illū actum fidei a quo cauſatur . ¶Ad argumētū ā
te oppoſitū conceſſa maiore negatur minor cum
cōſequentia quia licet fortitudo cōis nō ſit termi=
nus cōis:nec natura cōis idētificata cū virtutibus
ꝑticularibus realiter ſub ea cōtentis:& ab eis for=
maliter diſtincta cuiuſmodi predicti viri fuerunt
aſſertores eſt tamen fortitudo cōis habitus gene=
raliter inclinans ad actus virtutū ꝑticularū:vt pa=
tet ex dictis i notabilibus. ¶Ad cōfirmationē trā
ſeat conſequentia:Dico q̀ habitus genit᷒ ex iſtis
actibus eſt bene agendum eſt habitus intellectus
bonus generaliſſimus generalitate inclinationis
quia talis habitus inclinat ſaltem mediate ad oēs
actus intellectū perficiētes. ¶Ad ſeptimū con=
cedo conſequentiam & nego antecedens. ¶Di=
co q̀ auctoritas doctoris non eſt recipienda quia
videtur eē contra ſententiam ariſtotelis ſecundo
ethicorum dicentis q̀ habitus eſt ſolum producti
uus ſimilium actuum hijs ex quibus eſt gēit᷒: nec
valet dicere q̀ hoc intelligit de actibus adequatis
illius habitus quia contra eum arguit̄ ratione ſic
vel quilibet habitus eēt productiu᷒ actuū diſſimi=
lium ſpecie differentium vel aliquis ſic & aliquis
nō ē poteſt dici ſecundum:quia vtrobiꝙ eſt eadē
ratio vt conſtat nec primum quia capio habitum
generaliſſimū in inclinando:tunc ſic certum eſt q̀
talis habitus eſt productiu᷒ ſuorum actuum ade=
quatorū:vel ergo eſt etiam productiuus immedi
ate actuū inadęquatorū vel nō eſt:ſi nō habetur in
tentum:q̀ non quilibet habitus eſt productiuus e
tiam:&c. Si ſic vel ille actus inadequatus cuius ē
ꝓductiu᷒ ē gnralior q̄ ſu᷒ act᷒ adęquat᷒:& hoc nō
quia ſuus actus eſt generaliſſim᷒ ex ſuppoſitione
ergo ſi inclinat in aliquem actum inadequatū ille
actus erit ſpecialis reſpectu illius habitus:Et ſic
habitus generalis inclinabit immediate in actum
ſpecialem quod erat probandū cuius oppoſitū di
cit Doctor in ſolutione tertij argumenti contra e=
andem ꝓpoſitionem allegatam hęc ratio me mo
uebat ad ponendum tertiam propoſitionem pri=
mi notabilis huius queſtionis.

¶Ad confirmationem patet ex ſolutione tercii
argumenti quia vtrumꝙ eſt probabile prolixum
tamē eſſet inſiſtere quę illarum opinionum eſſet
alteri preponenda ſentio tamen cum doctore ſi=
cut prius q̀ fortitudo in ratione virtutis cardina
lis verſatur circa arduum ſiue ſit periculum mor
tis in bello ſiue aliqua periculoſa adminiſtratio.
Tunc ad rationem dico q̀ aliqua eſt vna ratio cō=
munis fortitudini bellice & magnanimitati ſub
ratione ardui Et propterea non inconuenit dare
vnam virtutem vtriꝙ communē. ¶Ad aliud vbi
tangitur diſtinctio quam ponit martinus inter for
titudinem cardinalem & temperantiam cardina
lem eſt apparentia q̀ difficile eſſet ſaluare aliquā
eſſe virtutem quin ſub aliqua illarum contine=
retur quod negaret & ratio eſt quia ſua diſtinctio
videtur fieri per contradictoria ſub quorum alte
ro quęlibet virtus dabilis continetur Sed hec rō
non vincit quia Martinus non diſtinguit illas vir
tutes penes arduum & non arduum ſed penes co
hibere & moderari paſſiones arduas & paſſiones
non arduas:vt facile patet cōſideranti modo paſ
ſio ardua & paſſio non ardua non ſunt contradi=
ctoria nec moderari paſſiones arduas & modera=
ri paſſiones non arduas:Forte dicis quælibet vir=
tus moderatur paſſiones arduas: vel moderatur
paſſiones non arduas:igitur Argumentum ſemp
ſtat in ſuo vigore: Antecedens patet: quia nulla
eſt virtus moralis quin circa paſſiones verſetur.

¶Ad obiectū Diſtingo antecedens vel quælibet
virtus moderetur paſſiones arduas vel non ardu
